27 *Hoſpitale ad recipiendos peregrinos nunquid quis tenere compellatur.*

28 *Fructus male exponens obligatur ad reſtitutionem.*

29 *Alimenta alicui dare obligatus, an ſatisfaciat, ſi ponat eum in hoſpitali, quando ipſe non poteſt dare.*

30 *Eleemoſinam ſi quis facere teneatur, non cogitur iure actionis, ſed iudicis officio. Et quid in patronis eccleſiarum? nu. 31.*

32 *Frumentum antiquum corruptum, an liceat bono frumento commiſcere.*

33 *Iura loquentia in fiſco propter identitatis rationem, an habeant locum in priuatis.*

Quod hoc intẽdit.

1 In ſumma. Cogit † epiſcopus ne carius vendatur tranſeuntibus, quàm in mercato venderetur. h.d. ſecundum vnam lecturam, ſecundum quam eſt caſus ſingularis, ſecundum do. Cardi.

Card. hic, in quo episcopus iudicat de laicis; rationem cuius videbimus infra in vlt. nota. & ſecundum iſtum intellectum ꝑ ratione dubitandi, videbatur dicendum contra, quòd immò poſſent carius vendere. Primo, quia tantum valet res, quantũ vendi poteſt. de quo in. l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. & dicã infra ſupra tertio not. Abb. Secundo & fortius, quia licitum eſt contrahentibus ſe adinuicẽ decipere. l. in cauſæ. ff. de min. l. item ſi pretio. §. fina. ff. loca. dico copioſè infra in. c. cum dilecti. ij. not. quibus tamen non obſtantibus contra hoc diſponitur, poſtquàm tex. vult, quòd non debet quis vendere pluſq̃ res valeat, per quod videtur inferri pluſquàm valuerit. ergo ĩ c. hoc ius porrectum. x. q. ij. q̃ voluit, quòd eccleſia non debet recipere, etiam ſi offeratur plus quàm res valeat: quia per iſtum tex. idem erit dicendum in qua cunque perſona, per quem tex. etiam plus probatur quàm voluerit. glo. in. l. ſemper in contractibus. ff. de reg. iur. quæ in bono viro tenebat non licere recipere plus quàm res valeret: quia immò per iſtũ tex. in quacunque perſona idem probatur quòd pluſquàm valeat recipiẽdo, peccat mortaliter: patet qa epiſcopus poteſt cogere ad hoc per cenſuram, ſecundum Inn. prehabita monitione, ex quo conſtat eos peccare mortaliter cum certum ſit, quòd ab homine excommunicatio nõ fertur, niſi pro peccato mortali. glo. in. c. epiſcopi. xj. q. iij. pro rõne tamen decidendi, & vt ſupra dicta conſeruentur ab iſta inductione iſtius tex. dicendum eſt, quòd iſte tex. loquitur in exigẽte vltra verum valorem parte contradicente: quia compelleretur tunc vendere iuſto pretio poſtquàm pars non permittit ſe decipi, quo caſu non procedunt iura ſuperius allegata: ꝓcedunt enim illa iura quotiens quis vellet emere, & cari⁹ emeret, quo caſu iſte tex. non dicit valeat, vel non talis venditio, vel an compellatur reſtituere, quod vltra iuſtum pretium recepit. & ideò merito Abb. hic in princ. ij. nota. dicit iſtum tex. facere in argu. quòd eccleſia ſi vult vendere rem ſuam, & reperit aliquid pluſquã valeat &c. facit enim in arg. poſtquã compelluntur vendentes non petere vltra quã res valeat ab ipſis tranſeuntibus. Vel ſecundo dico, quòd iſte tex. procedit iure poli, hoc eſt in foro conſcientiæ ſecũdum do. Card. hic poſt Archid. in. d. c. hoc ius. Iura autem in cõtrarium ſuperius adducta iure fori, hoc eſt in foro iudiciali. quod primo tamen dixi verius credo, poſtquàm hic

not.compelluntur, vt dixi, reſtituere: ſed ſolum non cari⁹ vendere, & ſic non loquitur tex. de venditione facta, prout loquuntur iura in cōtrarium adducta: ſed loquitur de venditione fiēda parte, vt dixi, nolente plus debito dare. An autem, & quando liceat contrahentibus ſe adinuicem decipere citra dimidiā iuſti pretij, etiam iure poli cōſiderato; dico pleniſſimè infra. c. cum dilecti. ij. ver. not. me remitto pro intelligentia do. Archidia. in. d. §. hoc ius porrectū. de quo credo, ibi non feci mentionem, ex ibi tamen plenè dictis ſatis declarabitur. ¶ Not. tertio loco do. Abb. hic ex iſto
2 cap. quod tantum † valet res, quantum communiter vēdi poteſt, adducendo no. præalleg. l. pretia rerum. per illud quod dicit communiter limitant iura ſimpliciter dicentia, tantum valet res, quantum vendi poteſt. De quibus per glo. bo. in. c. in ciuitate. de vſu. in glo. ij. & pro ſimili tex. noſtri, adduco tex. in .l. ſi ſeruum meū. ff. ad leg. aql. ver. optima glo. & in. l. ſi ſeru⁹. ff. de condi. fur. facit. l. non intelligitur. §. diui. ff. de iur. fiſc. iſtam concluſionem non ponderata iſta dictione communiter, de qua ſupra limitat d. Fely. quatuor modis in. c. cum cauſa. ſupra de teſti. in. ij. colum. ex mente doct. Primo intelligendo regulam, quando venditio facta fuerit homini ſcienti conditionem rei, ſecus ſi ignoraret; ſecundum gl. pen. in. l. mortis cauſa capimus. ff. de donat. cā mor. quā in. d. c. cum cauſa. Io. de Imo. commē tat, & multi alij, quos ibi refert do. Fely. Idem & ſecundo limitat, niſi ꝓ
3 † illo pretio vendita fuiſſet ab homine debitis implicito, & nō bene ſecuro, ſecundum Bart. in l. j. §. ſi hæres. ff. ad trebel. Item & tertio limitat, niſi eſſet res litigioſa, de qua factū eſſet compromiſſum, ſecundum Bart. in .l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. quia tunc propterea minus valet. Item & quarto intelligit regulam quando fuiſſet res ſæpius vendita, ſecus autem ſi ſemel, quia non propterea dicentur tantum valere, ſecundum Bar. in. d. l. ſi ſeruus. ff. de condi. furt. quæ limitationes licet ita communiter aſſignētur: tamen iudicio meo attenta dictione communiter, de quo ſupra dixi. & iſte tex. facit mentionem non merentur dici limitationes, ſed potius illationes concluſionis aſſumptæ ex iſto tertio nota. Abba. patet aſſumendo primam fortius. ij. & iij. limitat. quia quando in concluſione dicitur communiter vendi poteſt, infertur à communiter accidentibus, ꝙ emēs

emens ſcit condictionem rei. Item eodem modo, quòd non
4 ſemel, † ſed pluries venditio celebraretur poſtquàm non dicitur, quid communiter fieri, quod ab vno dictum, vel factũ fuerit, iuxta not. per Io. And. & alios in. c. penul. de conſtit. circa communem opinionem ꝓban. per quod conſtat vltimam limitationẽ confutatam. patet etiam, vt dixi in ij. & iij. quia certum eſt, quòd communiter homini debitis implicito, & non bene ſecuro. Item pro re liti-
5 gioſa, † de qua compromiſſum factum eſt non daretur tantum quantum ipſa res valeret, ſi onera proxime dicta non ineſſent. igitur poſtquàm pro iſtis rebus minus communiter daretur, debemus dicere, quòd tãtum iſtæ res valeant ex aſſumpto concluſionis ſuprapoſitæ. onus enim impoſitum alicui rei dicitur eſſe pars pretij eiuſdem rei. probat tex. & ibi do. Abb. in. c. cum Ioannes heremita. de fi. inſtru. vlti. colum. facit tex. in. l. fundi partem. ff. de cõtrah. empt. ideò non immeritò ſi dicamus tantum rem valere poſtquàm cõmuniter ſic emeretur ratione dicti oneris iniuncti, licet dici poſſet rem talem minus valere habito reſpectu ad eandem rem, quando tale onus non adeſſet: ſed onere exiſtente, vt dixi, tantum dicetur valere res, ſecundum contrariã regulam ſuperiorum, ad propo poſitum mõ conſtat enim eſſe onus iniunctum propter ſpem futuræ litis in rebus illius, qui eſt debitis implicitus, & nõ ſecurus. & conſtat eſſe onus rẽ eſſe litigioſam, de qua compromiſſum factũ eſt. vnde omnes iſtas res propter periculum, cui ſe ſubijcit, licet det minus, quã alias dediſſet ſine dictis oneribus ſatis dicetur pro iſto pretio emiſſe. poſſent tamẽ ſaluari. d.
6 ij. & iij. limita. † eo caſu quo aliquis vellet inferre rem aliquã tantum valere, quia tantum valuit empta à debitis implicito, vel tantùm valuit res litigioſa vendita communiter: quia iſto caſu talis illatio non valeret, quia eſſet arguere de re, cui eſt annexum onus ad rem omnino liberam, quòd eſſet ex diuerſis inferre, quòd non licet vulgata. l. age cum geminiano. C. de tranſactio. cum ſimi. caue tñ circa ſuperiora, dum dixi in. iij. limitatione. de re litig. de qua compromiſſum factum eſt, ꝗa ſentit Barto. propter illa verba, de qua compromiſſum factum eſt, ꝙ ſi eẽt res litigioſa, de qua nõ eſſet factum cõpromiſſum, non propterea minus valeret: ſed tantum, q̃tum eſt in actione deductis expenſis. & quæ fuit pro re recuperanda, & habito etiam reſpectu laboris

in recuperando quem ſuſtinebit ille emptor, ita voluit Bart. in.l.penul.C.manda & Bal.in .l.ij.C.ne lic. poté, & ſic videntur communiter docto.ſentire quòd non poteſt actio emi pro minori pretio, quàm ſit in ea, niſi habito reſpectu ad prædicta do.Abb.tamen multum ſimpliciter in.c,fi na.de alie.iudi.mu, in.iiij.col.firmat contrarium, quòd Innocẽ. vltra illa duo habeatur reſpectus ad dubium euentus litis cum poſſit perdere cauſam etiam iuſtam, ꝓpter iudicis defectum: tum quia debitor poſſit iterim effici inops. ideò,d.tex. not.in.l.minus.ff. de reg.iur. quòd minus eſt habere actionem, quàm rem. Et ideò cum quis emat quaſi ſpẽ, & euentum iudicij futuri, ridiculum eſſet dicere, quòd pretiũ de neceſſitate debeat eſſe tantum, quantum eſt in actione.ꝑ hoc adducit dictum Innocẽ. in c. in ciuitate. de vſu. vbi concludit ipſe Inno. quòd cum bo na † conſcientia poteſt quis emere actionem iam ortam tem pore contractus, etiam pro minori pretio, quia exponit ſe periculo. alia adducit etiam do. Abb. quæ videri poſſunt per eũ in.d.c.fi. Iſta ſufficiant pro præſenti, quæ ſatis placet contra Bart.& Bal. vt ſupra. ¶ Stat modo pulchra dubitatio circa probationem iſtius valoris rei, in quo iudicio meo eſt difficultas propter ſcribentium inconſideratam varietatem ſuper gl. c.cum cauſa.ſupra de teſti. quæ ſup hoc laborauit. Primo enim ſciendum eſt, quòd quando aliqui deponunt de valore alicuius rei dicuntur deponere de re ſenſu corporeo non perceptibili, ſed potius iudicio intellectus, ita firmat Bart.in præallegata.l.pretia rerum. & in.l.ii. C.de reſcin.vend. & aliquid in tract.de teſte. firmat Abb.in.d. c.cum cauſa.in.ij.col. & Fel.in c.cum cauſam.eod.titu. ex qua concluſione eliciuntur duo. Primum, quòd teſtis deponẽs de valore rei, debet reddere cauſam, etiam non interrogatus, ſecundum Inno.ſingulariter in d.c.cum cauſam. communiter ab omnibus approbatus. vt ibi Fely.in.iij.col. Secundum qđ elicitur ex ſupradicta concluſione eſt, quòd ſatis eſſet, ſi teſtis pro ratione diceret: quia ſic mihi videtur.arg.l.ordinata.ff. de lib.cau.& quod ibi per Bart. iſtam cõcluſionem firmat Cardi.in.d.c.cum cauſa. & do.Fel. in fi.c.quotiens. ſupra de teſti. Idem tamen Fely n.ij.col.in fi. in.d.c.cum cauſa. Et firmat audacter contrarium, quòd Inn. percipitur iſta depoſitio æſtimationis ſenſu corporeo. ideò nõ valeret dictum teſtis deponentis pro cauſa: quia ſic mihi videtur

detur. &.d.ita dicere do.Cardi.
ibi & falſum.d.c. quia contra.
d.Cardi.& contra ipſemet Fel.
dixerat in.d.c.cum cauſam. dũ
dixit,quòd deponẽs de rei æſti-
matione, non deponit de re ꝑ-
ceptibili ſenſu corporeo. Abb.
verò in.d.c.cum cauſa. vt dixi,
firmat, quòd iudicio intellect⁹
deponunt, & tamen nullo mo-
do vult, quòd valeat iſta ratio
teſtis : quia tantum ego darem
pro ea,quòd eſt idem, ac ſi dice
retur tantum res valet, quia ſic
mihi videtur. vult ergo ipſe Ab
8 bas, quòd deponere † debeant
teſtes,dando rationem conclu
dentem communem æſtima-
tionem, quæ cùm variatur ex
tempore,& loco, debent ſe re-
ſtringere ad locum vbi res eſt,
& ad tempus vẽditionis, dicen
do,quòd talis res tali loco, &
tempore ſolebat communiter
vendi pro tanto, vel communi
ter reputabatur, quòd valebat
tantum, & pro tanto commu-
niter vendita fuiſſet. & in hoc
reprehendit Bart. in.d.l.ſi ſer-
uus.ff.de condi.furt.qui vole-
bat,quòd teſtis diceret pro ra-
tione tantum valet,quia ꝓ tan
to potuiſſet vendi. Nam dicit
Abbas, quòd non valet conſe-
quentia, poterat pro tanto ven
di,ergo tantũ valuit : quia mul
ti in pretio decipiuntur. vides
ergo ex ſupradictis contrarie-
tatem ſcribentium, & cõfuſionem ex eorum dictis, maximè
9 Abb. qui vnum † affirmat, &
aliud apertè infert, ſi conſide-
retur iſta ratio eius in teſtibus
præſuppoſita concluſione eius
in principio, dum firmat æſti-
mationem rerum, non ſenſu
corporeo : ſed iudicio intelle-
ctus percipi. iudicio autẽ meo
firmandum videretur, ꝙ depo-
nens de valore, vel æſtimatio-
ne alicuius rei dicatur depone-
re de re ſenſu corporeo perce-
ptibili, non autem de re perce-
ptibili iudicio intellectus : & ꝑ
conſequens erit inferendum
contrarium eius, quòd ſuperi⁹
dixeramus ſecundum Abb. &
alios, videlicet, quòd non ſit
obligatus teſtis reddere ratio-
nem non interrogatus,vt vni-
co verbo ſenſit Ioã.de Imo. &
do.Cardi. in.d.c.cum cauſam.
Secundum quod infertur eſt, ꝙ
debet teſtis in depoſitione ſua
deponere per ſenſum corpo-
reum,poſtquàm vt dixi, ſunt sẽ
ſu corporeo iſta perceptibilia,
quòd hoc ſit verum, pondero
tex.noſtrum in ver.communi-
ter,& quòd proximè dixi ſuper
tertio not. Abb. vbi probatur,
quòd tantum valet res,quantũ
communiter vẽdi poteſt. ineſt
enim in valore, vel in æſtima-
tione iſtud, quod communiter
ita fuerit,& conſtat quòd iſtud
eſt ſenſu corporeo perceptibi-
le:quia vel per viſum, vel per

auditum: ergo neceſſario conſtat, quòd non percipiatur valor iudicio intellectus, procederent enim dicta in primo iſtius quæſtionis, quando valor, vel æſtimatio deberet probari ſine illa qualitate erroris vſus, & tunc procederet doctrina Bart. in.d.l.ſi ſeruus. reprehenſa per Abba. verſi. ſupra. ſed quia dixi probanda eſt æſtimatio communis, ideò firmandum eſt, qđ dixi ſenſu corporeo æſtimationem perceptibilem, & vt meis detur audientia verbis, adduco in ſimile. ſing. docto. Bart. in. l. labeo. ff. de ſuppellec. lega. vbi ponit, quòd in probando com
10 muni vſu† loquēdi, requiritur, quòd teſtis deponat per ſenſū corporeum, aliàs non probaret, adeò quòd ſi diceret teſtis, quòd communiter ſic dicitur, niſi ſubiungeret, quod ita audiuit non probaret, vt ibi ſingul. Barto. quem ſequitur Bal. in ſi. l. de quibus. ff. de legib. & Ant. de But. in commento. c. fina. de conſuetu. in vlt. col. ex quo infertur, quòd exempla Abba. de quibus ſupra, corruunt, eodem modo ſic diſpoſitio illius qui dicebat quòd ſic communiter dicebatur poſtquàm non atteſtatur per aliquem ſenſum corporis, dicendo, quòd pro tanto communiter vidit ſimilem rē vendi, ſicut dixit Barto. debere deponere teſtem de communi vſu loquendi deponentem, videlicet quòd ita communiter audiuit dici, nec ſufficeret, ſi diceret, ita communiter dicitur, quod dico diligenter notandū pro intelligentia, & declaratione ſupradictorum, poſtquàm non video quod in aliquo differant, quantum ad ſenſum corporeum probare communem valorem rei, vel communem vſum loquendi. qui vellet tamen defendere exemplum Ab. in quo explicite nulla mentio ſēſus corporei habetur, eſſet opus, quòd deſtrueret illam doctrinam Bart. in. d. l. labeo. contra quam do. Fely. ſingulariter inſtat in princ. decre. vj. colum. in prin. vbi concludendo dicit, quòd valet dictum teſtis deponentis, non per ſenſum, ſed per cauſam ſenſui propinquam, vt de teſte qui dicit quòd ſcit: quia præſens fuit. facit quod dicitur in. l. j. ff. ſi cer. peta. de teſte dicente ſcio, quia vicinus, de quo per Abb. in. c. quoſdam. de præſcrip. facit ēt qđ dicitur de teſte dicente ſcio cōditionem talis:
11 † quia ſum coniunctus ſuus, qui præſumitur ſcire qualitatem coniuncti. l. octaui. ff. vn. cognat. & l. de tutela. de in integ. reſtitu. mino. Ita dicamus in propoſito: quia dicendo, quòd talis res tali loco, & tempore ſolebat communiter vendi pro tanto, ſatis diceretur depo-

deponere teſtis per cauſam ſen ſui propinquam : quia iuris præſcriptione quod communiter in ciuitate fit, vel dicitur : dicitur quis audiuiſſe, vt glo. not. in .l. ſi tutor. C. de peri. tuto. & in. c. fina. xvj. diſtinct. & probat tex. & ibi Innocen. in clemen. vni. de conceſſ. præbē. eadem ergo ratione defenditur iſtud dictum teſtis ex iſta præſcriptione qua defenditur dictum teſtis aſſerentis quod ſcit, quia præſens, vel quia vicinus, vel quia cognatus, vt in iuribus ſuperius allegatis. ſatis enim eſt per ſupradicta, quòd teſtis deponat per ſenſum corporeum iuris præſcriptione, & ſic implicite, licet non explicite, quicquid Bart. cum ſupportatione dixerit in præallegata. l. labeo. quod dico perpetuo menti tenendum pro intelligentia iſtius articuli melius hic, quàm alibi, quòd vi

12 derim diſcuſſi. ❡ † Vltimo not. Abb. caſum notabilem, & generalem, in quo epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos, videlicet vbi verſatur cauſa pietatis. nam cauſa pietatis eſt, vt peregrini, & tranſeuntes humaniter tractentur. quod iterum reaſſumpſit do. Abbas in fine iſtius cap. dicendo hoc etiā approbari per ius ciuile, adducendo tex. ſecundum vnam lecturam, quam ſequitur ibi Bal. in. l. prima. C. de epiſcop. audi. quod no. & extende ſecundum Hoſtien. quem refert infra ſuper glo. ij. Abb. etiam ſi conſuetudine contra diſponeretur, quia non valeret tanquam impediret correctionem pec-

13 cati. ❡ † Addo ſecundum caſum ſingularem, & generalem, in quo etiam vendicat iuriſdictionem eccleſiaſticus in eccleſijs ratione pacis factæ ſeruandæ. ita probat tex. in. c. ſuper quibuſdam. de verbo. ſignifica. vbi Abb. in fi. multum not. & probat etiam tex. & ibi Abb. in

14 c. nouit. de iudi. ❡ † Tertius ſit caſus, in quo eodem modo vendicat iuriſdictionem iudex eccleſiaſticus in ſæculares compellendo hæredes ad ſatisfaciendum pro defuncto contrito, quantumcunque ipſe expreſſe non mandauerit ſatisfactionem fieri : ſufficit enim eum fuiſſe contritum : quia per hoc tacitè videtur mandaſſe hæredibus, vt ſatisfaciant. tex. eſt not. & ibi Abb. commendat in. c. à nobis. el. ij. de ſenten. excommunica. & caue, dum dixi, de contrito; quia Hoſtien quem in dicto. c. à nobis. ſequuntur communiter doctores, idem firmat, etiā ſi defunctus non fuiſſet contritus, quia res tranſit ad hæredem cum onere ſuo, vt in. c. ex literis. de pigno. Abbati

tamen ibidem non placuit iſta concluſio optima ratione, quia eccleſia non ſe intromittit, ex quo deſperatur de defuncto. vnde non verſatur amplius pia cauſa, in qua pietate fundatur contra iſte, quia vt ſatisfiat animæ defuncti, eccleſia compellit hæredes ad ſatisfaciendum, pro quo in ſimili adduco quod voluit Bart. in. l. j. C. de ſac. ſan. eccl. vbi voluit, quòd decedens in peccato mortali, cum ſit extra vnitatem eccleſiæ, non poteſt pro anima relinquere, nec tali modo relicta per eos gaudent priuilegio tributo, relicto ad pias cauſas. multo ergo fortius id dicendum eſt, quando defunctus nihil diſpoſuit pro anima, cum ibi fortius ceſſet pietas. circa iſtud dictum Bart. pro nunc vlterius non inſiſto, remitto me ad ea quę dixi in rub. de teſta. in vlt. col. pro eius cõprobatione poſt, & contra Abba. ibi, qui in terminis, in quib⁹ loquitur Barto. allegat Bal. in d. l. j. contra tenere, cui aſſentit

15 do. Abb. ❡ Quartus caſus eſt eodem modo notandus; in notorijs, vel manifeſtis exceſſibus quanquam crimina non ſint eccleſiaſtica; poteſt iudex eccleſiaſticus ſe intromittere. tex. eſt not. & ibi Abb. in. c. fi. de ſepul. facit in ſimili tex. in. c. pen. in. §. notoria. de cenſib. lib. vj. ❡ Quintus eſt caſus ſimilis ſupradictis, quando Papa diſponit in finem ſalutis animarum, licet principaliter non diſponat circa animas illorum, quos intendit conſtringere. tex. eſt optimus. & ibi do. Abb. extollit in. c. cum infirmitas. de pen. & remiſſ. ❡ Sextus caſus eſt, in quocunque crimine contra naturam, quia ibi exercet eccleſia iuriſdictionem cõtra laicos. bonus eſt tex. ſecundum Abb. ibi in. c. clerici de exceſſ. prela. & propterea dicimus crimen vſurarum eſſe crimen eccleſiaſticum, quaſi ſit peccatum contra naturam, vt ibi Abb. ij. col. poſt Io. Mo. in. c. ij. de vſu. l. vj. & idem firmat do. Abb. in rub. infra de vſu. ❡ Septimus caſus eſt etiam notandus in crimine adulterij, quomodocunque agatur, vel ad thori ſeparationem, vel ad truſionẽ in monaſterium iudex eccleſiaſticus ẽ competens inter ipſos laicos. ita firmat Abb. in. c. tuæ. de procura. fina. col. & Roma. xx. ſol. j. col. ſuis ſing. licet Io. And. in c. fin. de fo. compe. lib. vj. ſolũ hoc firmauerit quando agitur ad ſeparationẽ thori. ❡ Octauus caſus ſit vbicunque interuenit iuramentum, vendicat ſibi iuriſdictionem iudex eccleſiaſticus, vulgato. c. cum. C. laicus. de fo. compet. lib. vj. accumulat enim forum foro iuramentum, ſecũdum ibi not. Idẽ dici-

dicimus in omnibus criminibus mixtis vendicat ſibi iuriſdictionem iudex eccleſiaſticus, inter quoſcunque. tex. & ibi d. Abb. in. c. cum ſit generale. de
16 fo. compe. ¶ † Vltimo vendicat eandem iuriſdictionem in omnibus quibuſcunque criminibus intentatis, tamen per viã denuntiationis euangelicę, iſta eſt glo. quæ ſic debet intelligi in. d. c. cum ſit generale, quã ſic ibi do. Abb. intelligit, aliàs ſimiliter, prout iacet intelligendo male loqueretur ex oppoſitione do. Abba. in iſto. c. pen. talis elicitur concluſio. Rem expoſitam venalem, vel non expoſitam, ſi tamen neceſſitas ſubeſt vitæ humanæ in vtroque caſu compellitur quis iuſto pretio vendere. Infero ex iſta concluſione, & ex ratione Abba. dum dixit, nam intereſt ſuperioris prouidere neceſſitatibus ſubiectorum, & reipublicę & c. quòd propter publicam vtilitatẽ non debet quis ſimpliciter priuari re ſua, niſi ſatisfacto de pretio. ita firmat Barto. in. l. fina. ff. de pign. act. per. l. item ſi verberatum. ff. de rei vendi. vnde licet propter publicam vtilitatẽ q̃s priuari poſſit re ſua, vt ibidem probatur. ideò tamen valore eiuſdem ſing. Archid. in. c. per principalem. ix. q. iij. per tex. in. l. fi. C. ex qui. cau. ſer. lib. acci. facit tex. in. l. ſi venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. præd. glo. tamen in. l. ſi locus in. §. fin. ff. quemadmo. ſer. amitt. dicit, ꝙ hoc de facto non ſeruatur, de qua meminit Abb. in vij. col. in
17 c. j. d ſt. j. ¶ † Item & ſecundo infero ex ſupradicta concluſione duos caſus, in quibus quis compellitur vendere rem ſuã, cuius contra regulare eſt, vt. l. inuitum. & l. dudum. C. de cõtrahen. emp. multos alios ecõtra, & notandos poſuit do. Fely. in. c. pen. ij. col. infra de iudę. & ſa ra. inter quos ponit ca
18 ſum nota. † de colono partiario, qui cogi põteſt, vt ꝙ venditurus eſt vendat domino, vt eſt tex. in. l. j. & ibi Bart. de meta.
19 lib. x j. † Item ponit alium valde notandum in ciuitate, vel communitate habente frumentum ſuperfluum: quia poterũt compelli ciues emere per tex. in. l. penult. vt nemini liceat in compara. ſpęc. ſe excuſa. lib. x. eodem modo ponit caſum de teſtatore mandante conſtrui eccleſiam in loco ſuo, qui non eſt ſufficiens propter adhærentiã vicini, quia ille poterit cogi vẽdere. Bal. in. l. pen. §. fin. per illum tex. C. de commu. ſer. manu. quod no. pro declaratione tex. in. c. nos. quidem. de teſta. facit in ſimili quod dicimus de eo qui vendidit maximum prædium, & recuſat vendere particulam ei adhærentem: quia cõpellitur

pellitur vendere. tex. eſt. & ibi Bartol. in.l.ſancimus.§. ne autem.C.de do atio. reliquos caſus videas per te in dicto.c.ij. quibus addo, primo vnum ſingularem caſum per Specul. in tit.de ſaiſda.in.§. hoc quoque. in verſi.circa hoc quæritur. vbi voluit, quòd nobilis habens amplum palatium, quod minatur ruinam, & propter eius paupertatem non poteſt reficere, cogi poteſt ad vendendum, ne ciuitas eius deſtructione deturpetur.allegat.l.ij. & fi.C.quib. cau.ſerui.pro pre. liber. accipi. commendat Lud.ſuis ſingula.
20 fi.fol.ij.col. ¶ † Addo ſecundum caſum, in quo quis compellitur vendere in caſu.l.venditor §.ſi conſtat. ff. commu. prædio. vbi ratione conſuetudinis cogitur quis vendere rem ſuam: puta lapides, quos habet in fundo proprio, & conſue-
21 tus eſt vendere. ¶ † Addo tertium caſum in authen. hoc ius porrectum.x.quæſtio.ij. de creditore eccleſiæ, qui compellitur rem eccleſię inſolutum recipere, quando aliter vendi nõ poteſt. facit in ſimili authẽ.hoc niſi. C.de ſolutio. vbi dicitur, quòd quando debitor non poteſt ſoluere, nec reperit ementem, creditor tenetur recipere inſolutum rem meliorem ſui debitoris: eccleſia tamen ad rẽ meliorem dandam non obligaretur. & in hoc differt à priuato debitore, præallegata auth.
22 hoc ius porrectum. ¶ † Quarto addo caſum not.in.l.ij.ff.de nundi.vbi probatur, quòd ruſtici compelluntur venire ad ciuitatem, & ibi victualia vendere: & eſſet iſta optima limitatio concluſionis Abb.de qua ſupra aliter non diſtinguendo, vt ibi.
23 ¶ † Quinto addo caſum ſingularem in.l.ſi in emptionem.ff. de mino.vbi probatur, quòd beneficio reſtitutionis emptor compellitur vendere rem, ad quam minor habuit affectionem, quia maiorum ſuorum erat, quod teneas perpetuo menti, quia eſt caſus ſingularis, in quo minor reſtituitur ratione
24 affectionis. ¶ † Sexto addo caſum in ſimili, in quo quis compellitur vendere in.l.ſi qs ſepulchrum. ff. de religio. & ſumptib.fune. vbi probatur de habente ſepulchrum, qui non habet viam ad illud, niſi per fundum alicuius: quia ille compellitur iuſto pretio ſibi vende-
25 re viam. ¶ † Septimo addo caſum ſingularem in.l. cotem ferro.§. finali.ff.de public. vbi probatur, quòd conductor rei fiſcalis qui vno anno, vel pluribus factus eſt diues, ſi poſtea non vult conducere, nec alius reperitur: compellitur iterum conducere pro eodem pretio, commendat Pau. de Caſtro.in

.l.ſi

.l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati. dicens idem poſſe dici in conductore rei priuatæ. quod tene menti eadem ratione.

26 ¶ † Vltimo addo caſum notandum in.l.ſecunda.C.de patrib.qui fili.diſtrax. vbi probatur, quòd filio vendito propter neceſſitatem famis, recuperata pecunia, compellitur emptor eum retro vendere pa

27 tri ſuo, vel alteri. ¶ † Capio glo.& expreſsè glo. coniuncta tex.not.domi.Abb. quòd quis poteſt compelli per excommunicationem, quòd ſit hoſpitalis, ideſt, charitatiuus, & eleemoſinarius, & ad recipiendos peregrinos in domo: quia Innocen. viſus eſt ſentire contrarium, niſi peccatum eſſet notorium. ideò pro concordia ex dictis Abb. eliciuntur iſtæ concluſiones. prima clerici beneficiati compelli poſſunt, vt iuxta facultates beneficiorum ſint charitatiui, & eleemoſinarij, & taliter non facientes, peccant.

28 ¶ † Secunda concluſio laici iudicis officio compelli poſſunt eleemoſinam facere, maxime ſtante neceſſitate ex parte proximi. Circa primam concluſionem non eſt inſtandum, quia certum eſt beneficia principaliter eſſe inſtituta ad iſtud opus pietatis. xij.quæſtio.j.c. videntes.c.fina. xvj.quæſtio.j. & in.c.de monachis. de præbend. & aliter male exponens fructus, obligatur ad reſtitutionem ſecundum Archidiaco. & Domi.ibi in.§.j.xliiij.diſtin. quod not. contra clericos beneficiatos luxurioſè viuentes, ſeu etiam ludentes fructus beneficiorum: quia ad eorum reſtitutionem tenentur in foro conſcientiæ, commendauit illud dictum Archidi.do.Fely.in .c.poſtulaſti. de reſcript. in.ix. colum.& in.c.de quarta.de pręſcript.in.xij.col. & circa ipſos epiſcopos no.tex in.c.primo. lxxxij. diſtinct. qui vult, quòd tenetur prouidere de omnibus indigentibus non valentibus ſuis manibus laborare, de quo tex.Abba. facit mentionem in

29 c.fina.de regu.in fi.verb. † Et not. quòd quando quis eſt obligatus alicui dare alimenta, & non poteſt, ſatisfacit ponendo eum in hoſpitali. tex. eſt, & ibi Bald.in.l.vnde.§.ſed ſcimus. C. de lati. libert. tollen. glo.eſt, & ibi Ioan.de Anna.in .c.pen.de infant.& langui.cor. Circa ſecũdam concluſionem, quæ de laicis loquitur, communis eſt theorica ſcribentium vbique, vt videre poteſtis per Abba. & Do. & Felyn. poſt glo.ibi in.c.j. in diſtinct.j. iij.col. vbi concludunt, quòd quilibet tenetur ad opera miſericordiæ, & ſic ad eleemoſinam dandã duobus concurren

tib⁹

tib' neceſſitate maxima ex par-
te proximi: neceſſitatem intel-
ligas inſtantem per.c.paſce fa-
mæ morientem. lxxxvj.diſtin.
vel quæ veriſimiliter inſtare in
futurum crederetur.arg.c.ij.de
verbo.ſignif. &.l.ij.§.quòd ait
prætor. de incen.rui.& naufr,
&.l.ſi quis fumo.ff.ad leg.aql.
quod not. ſecundum quòd cō-
30 currendum †eſt facultas ex par
te debentis facere eleemoſinā,
aliàs autem non obligaretur,
quod etiam firmat do. Abb. in
c.ſi verò. de iureiur. in.iij.col.
Et not. quòd eo caſu,quo tene
tur quis ad eleemoſinam faciē-
dam,non poteſt compelli iure
actionis,ſed ſolum iudicis offi-
cio.ita voluit glo.in.c.ſicut.al-
legat.hic per Abb. Addo duas
alias,vna in.c.domino ſancto.
ver.neceſſe.diſt.l.arg.in.c.exi-
gunt.j.q.vij.quas not. Abb. in
c.pen.de cler.ægro.& in.c.no-
31 bis.de iure pat. ¶†Limita ta
men iſtas glo.in patronis eccle
ſiarum,quia quando neceſſitas
inſtaret, poſſent iure actionis
conſequi alimenta ab eccleſijs,
in quibus ſunt patroni. ita do.
Abb. not.in.c.nobis. ſupra al-
lega. arg. tex.ibi,quòd eſt ſatis
notandum.Quæ autem proxi-
me dixi de eleemoſina, intelli-
ge de eleemoſina corporali,ſe-
cus de eleemoſina ſpirituali :
quia illa indifferenter eſt in p̄-
cepto tex. eſt notandus in .c.
tuam.xlv.diſt.qui dicit tria eſſe
genera eleemoſinarum,& ſpiri
tualis eſt, vt remittere iniurias,
quo ad rācorem, ſaltem tex.eſt
not.coniuncta glo.in.c.ſi quis
contriſtatus.xc.diſt. An autem
obligetur quis oſtendere ſigna
rancoris dimiſſi.do.Bap.de ſan
cto Blaſ.in prima rub.decre. in
ix.oppoſi.firmauit ꝙ ſic. Bart.
tamen oppoſitum tenuit , de
quo ipſe mentionem non facit
in.l.ſi tibi . in.§. quædam.ff.de
pact. poſt magiſtrum ſentētia-
rum,quem ibi allegat. Io.verò
de Anna.multum ſolemniter ꝑ
tres vltimas con.in.c.j. de ma-
le.iſtam quæſtio.diſputat,& in
fi.concludit poſt theolo. non
eſſe neceſſarium oſtēdere ſigna
rācoris dimiſſi, niſi petatur ve-
nia. pro quo facit quod habe-
tur in ſimili.in c.ſi cui.de pœn.
diſtin.j.poſt prin.vbi dicitur,ꝙ
voluntas renūciatur,nō opus :
voluntas autem eſt in cordis
contritione opus in oris con-
feſſione, de quo latius per An-
na.ver.proxi. in vlti.col. cuius
opinio placet. Et ita poteſt cō-
cordari opin. dicti Bapt. de ſan
cto Blaſ. videlicet offendente
veniam petente,non alias; in
quo tamen & ſimilibus ſubmit
to me eccleſiæ determinatio-
ni,& correctioni Reuerendiſſi-
mi domini mei.B.cui hoc opus
obtuli. Alia eſt eleemoſina ſpi
ritualis reuocare, videlicet er-
ran-

rantem ab errore ſuo. c.iij. de hæret. Abb.in.c.nouit. de iudi. quod ſimpliciter etiam eſt in præcepto: quia ſeipſum errare demonſtrat, qui alium cum poteſt ab errore non reuocat.c.di lecto.de ſen.excom.præallega.
32 c.iij. ¶ †Vltimo arg. eorum quę Abb. antiquus in fi.iſti'.c. dixit de eo qui mixturam faciebat farinæ ſabarum cum cera venali. dubitatur an idem ſit in eo qui mixturam facit boni frumenti cum antiquo corrupto, vt ſicut illud de farina ſabarũ, non licet ita, nec iſtud liceat. Pro parte affirmatiua, quòd liceat a legatur tex. notandus in .l.j. C. de condi. in hor.publi. lib.x.vbi Barto.& Ange.id firmant, quòd liceat iſtam mixturam frumenti facere, licet Ange.contradixerat in.l.annonã. ff.de extraord.crimi. tex. tamẽ in.d.l.j.ſatis videtur facere contra eum, licet do.And.hic in fi, per locum à ſpeciali inducat illum tex.pro contraria opinione: & ſic pro opinione Ang.in d.l.annonam. d.enim, quòd ẽ ſpeciale in fiſco, ponderando verba tex. dum dicit, cuius adie ctione.ſ.boni frumenti corruptio velata non noceat, vel dãnum fiſco non faciat: ergo in alijs à fiſco contrarium dicendum eſt.arg.l.ius ſui.ff.de legi. &.c.præſenti.§.loca.de præbẽ. in vj.qua tamen inductione nõ obaſtante puto.Bar.opi.in præallega.l.j.veram eſſe, & primo eadem pondero verba præallegata.l.dum dixit, non noceat, vel damnum fiſco non faciat, coniuncta.l.vnica. ad fin.C.de cad.tollen. vbi probatur, quòd ſubditorum damnum, vel vtilitas ipſius fiſci. Satis ergo diceretur dãnum afferri fiſco quotiens ſubditi in iſto propoſito paterentur.facit glo.in.c.cum eccleſiaſticæ.de except.vbi dicit abundat fiſcus cum ſubditis locupletibus.allegat tex.in auth. vt iudic.ſine quo.ſuffra.§.pen.
33 colla.ij. † Et qui vellet dicere hoc eſſe peccatum, deberet eodem modo affirmare fiſco nõ licere, quia conſtat quoq; nemo cum in peccato priuilegiare potuit, aut ſi ſibi licet ſine peccato, quod credo per illum tex in.d.l.j. coniuncta aucto. prouerb.viij. vbi habetur ꝑ me reges regnant: & legum conditores iuſta decernunt. Et eodẽ modo liceret cuicunq; ex eadẽ ratione quia habemus talẽ conclusionem, quòd iura loquentia in fiſco propter identitatis rationem habent locum in priuatis, vt.l.item veniũt.§.in priua.ff.de peti.hæredi.ita Pau.de Ca.in.l.ſi merces.§.vis maior. ff.loca.de quo ſupra col. prox. & eodem modo liceret eccleſię per glo.vulgatam in.l.ſi procurator.ff.de iure fiſ. de qua dixi copio-

copioſè in.c.ij. ſupra de preca. Si eccleſiæ, ergo eodem modo dicamus, quòd liceat cuicunque, vt dixi, poſtquàm ipſa eccleſia eſſet cultrix iuſtitiæ. c.j. de alien.feud. in vſibus feudorum. item poſtquàm apertè in iure canonico contrarium non reperitur. intelligo tamen ſanè concluſionem prædictam, quando adiectioni boni frumenti corruptio velatur, ſecus ſi corruptio appareret, quia tunc tex. ille talem mixturam reprobare videtur, dum dicit, cuius adiectione corruptio velata &c. Non obſtat quod concluditur ſecundum Abba.antiquam hic de mixtura farinæ fabarum cum cera venali: quia procedit propter mixturam diuerſarum ſpecierum, quòd nullo modo licet, vt probatur in .c.eijciens.viij.diſtinct.dum de mixtura aquæ, & vini loquitur. nos autem loquimur in mixtura eiuſdem ſpeciei, per quod poſſet inferri de mixtura optimi vini cum corrupto, & optimæ cæræ cum corrupta, dum tamen adiectione bonitatis veletur corruptio, hoc eſt, quòd parum corruptionis miſceatur, quia poſſet fieri, argu. optimo illius.l.j.de condi.in horre.publi. libro decimo.

CAPITVLVM II.

SVMMARIVM.

1 *Menſuras, & pondera fraudanti pœna imponi debet in foro conſcientiæ.*

2 *Sacerdotis arbitrium multum operatur in mutatione, & diminutione pęnæ.*

3 *Sacerdos an habeat poteſtatem arbitrandi ſuper pœnitentia imponenda.*

Et quomodo differant canoniſtæ à theologis in hac rt, num.4.

5 *Sacerdos debet arbitrari diſcretè.*

6 *Puniri an quis poſſit dupliciter pro eodem peccato. & nu.7.*

8 *Pœnitentia publica ad quid fiat.*

9 *Delinquens, an ſit liberatus à iuriſdictione iudicis ſæcularis per pœnitentiam publicam ſibi impoſitam à ſacerdote. & nu.10.*

Vt menſuræ. Quod intendit in ſum-

ſumma fraudans menſuras, &
pondera.xxx.dierum in pane,
& aqua pœnitere debet. Not.
primo pœnitentiam imponen
dam in foro animæ fraudanti
pondera & iuſtas menſuras. &
1 dicit, † quòd iſte eſt vnus de
xlvj. canonibus pœnitentiali-
bus imponentibus certam pœ-
nam in foro animæ, quos col-
legit Hoſtien.in ſum.in titu.de
pęn.dicit tamen, quod ſacerdos
non tenetur præciſè iſtam pœ-
nitentiam canonis imponere,
ſed poteſt eam ex cauſa muta-
re, & diminuere. Nam omnes
pœnitentiæ hodie ſunt arbitra
riæ, vt in.c.deus qui. de pœni-
ten.& remiſſio. & in.c.menſu-
ram . de pęn. diſtinct.j. allegat
glo.in.c.ſunt plures. de pęnit.
diſtin.iij.ſed tamen dicit, quòd
non debet ſacerdos de facili re
cedere à pęnitentia per cano-
nem determinata, vt not.in iu-
ribus præallegatis. & ſic reſtrin
git dictum Ioan. And. hic, qui
videtur velle, quòd hodie iſti ca
nones de nihilo ſeruiant, quòd
non eſt verum, vt doctores hic
2 dicunt. † & iſtam concluſionẽ
do. Abb. hic, quòd arbitrium ſa
cerdotis multum operetur in
mutatione, & diminutione pę-
næ aliàs debitæ pro peccato, ſe-
quuntur communiter canoni-
ſtæ, neminem quoque vide di-
ſcrepantem, propter iura ſupe-
rius allegata, & inferius etiam
alleganda. videtur tamen circa
iſtam concluſionem alium, &
valde diuerſum eſſe ſenſum
theologorum; de quibus per
cano.nullibi facta eſt mentio.
dicit enim.S.Thom.in.iiij.di-
ſtinct.xviij.quæſtio.j.artic.iij.
in fol.iiij.quæſt. quòd quo ad
pęnam temporalem non rati-
ficatur pęnitentia iniuncta à
ſacerdote apud deum, niſi ſit
regulata, & conformis iudi-
cio diuino. quod declarat Sco-
tus, id eſt, niſi tantam imponat
quòd ſecundum iuſtitiam diui-
nam peccatis reſpondeat, ver-
bigratia, pone, quòd iſte pecca-
tor ſecundum ſtrictum rigo-
rem teneatur pro ſuis pecca-
tis ad pœnam decem dierum
in purgatorio, ponamus quòd
ſacerdos virtute clauium poſ-
ſit ſibi remittere pęnam trium
dierum, & ponamus, quòd de
theſauro eccleſiæ poſſit ipſe
diſpenſator vnum diem, vel
duos remittere poſt totum hoc
remanet obligatus peccator
ad quinque, vel ſex dies, de
quibus ſi ſacerdos aliquid re-
mittit, non ratificatur apud
Deum: quia tunc clauis po-
teſtatis errat in ligando, &
ſoluendo. facit enim eum ma-
gis ſolutum à pęna temporali,
quàm Deus iudicet illum eſſe
ſolutum: & per cõſequens niſi
ille hos.vj. dies hic ſoluat, re-
ſiduum ab eo in purgatorio
exigi-

exigitur, debet enim arbitrium ſacerdotis diuino iudicio eſſe conforme, conſideratis regulis patrum, & diſpoſitione pœnitentis. hoc probat per Grego. dicentem falſam pęnitentiam dicimus, quę non ſecundum authoritatem ſanctorum patrum quo ad qualitatem criminis imponitur. Sed contra iſtam opinionem. S. Tho. arguit Scotus in iiij. diſtin. xviij. q. vnica, quia ſecundum illam opinionem ſequeretur, quòd ſacerdos nō haberet poteſtatē arbitrandi, conſequens eſt falſum, ergo illud, ex quo ſequitur, probatur conſequētia, nulli committitur poteſtas arbitrandi in aliqua cauſa, cuius arbitrium nunquā erit rectum, propter quamcunque diligentiam poſſibilem adhiberi ab ipſo. †Sed tantum à caſu, vel per miraculum ſpeciale, ſed per quamcunque diligentiam poſſibilem adhiberi à ſacerdote, non poteſt ipſe pertingere ad illud indiuiſibile penę quòd deus iudicat peccatorem eē dignum, & ſi contingat hoc erit à caſu, vel per miraculum ſpeciale: ergo non habet aliquam authoritatem arbitrandi. item dicit ipſe nullus conſtituitur arbiter inter partes ſub hac conditione, quòd præciſè arbitretur ad voluntatem illius partis: & hoc maxime quando nō poteſt determinate, poſſe voluntatem illius partis; ſed in iudicio partes ſunt deus, & peccator inter quos eſt ſacerdos arbiter: ergo nō ligatur præciſè ad arbitrādum illam penam, quā deus ſibi infligit. Item & tertio dicit, quia ſi ſacerdos imponat pęnitentiam aliquantulum maiorem, quàm reſpōdeat peccatis, non eſt probabile quin pęnitens teneatur eam adimplere, ergo ſi aliquantulum pęna ſit minor cōdigna, videtur ſufficere: concludit ergo ipſe Scotus, ponendo ſuam opinionē; quòd ſicut in alijs commutationibus iuſtitia commutatiua habet aliquam latitudinem. ita quòd non reſpicit in commutationibus indiuiſibile: ſed mediū rectę rationis, vt in ſimili dico infra. c. cum cauſa. ita iuſtitia punitiua, quæ eſt commutatiua pęnæ pro culpa, non reſpicit neceſſario gradum indiuiſibilem penę correſpondētem huic culpæ: ſed eſt ibi aliqua latitudo, infra quam pęna minor, & vltra quàm pęna maior non eſt imponenda, & extra totam iſtā latitudinem clauis citra, vel vltra ligans, errat, & tunc nō immeritò quòd ſoluitur in terris, ideſt non ratificatur, ſed intra latitudinem non errat: & ideò arbitrium ratificatur in tantū, quòd quicquid imponitur vltra illam latitudinem hic oportet implere, & ſi hic non impletur

tur reſiduum in purgatorio impletur: & ſi minus imponatur, & expleatur, nihil maius exigetur in purgatorio, dummodo ſit intra latitudinem, vt latius p eundem Scotum, dicentē iſtud medium in iſta latitudine poſſibile eſſe homini notum, per.l. dei cum adiutorio rationis naturalis. & iō obligatio ad hoc medium latum eſt poſſibile homini ſine miraculo ſpeciali, & ſine caſu, & fortuna, volens tamen tenere primam opinionē, videat pro ſol. argumentorum Scoti Capreolum in quarto ſenten. diſtinct. xix. iuxta fi. quæſt. quas non recenſeo: quia iudicio meo licet Scotus, ita inſurgat contra. S. Thom. tamen in nullo, vel minimo differt à cōcluſione. S. Tho. poſtquàm nō conſtat. S. Thom. negaſſe illam latitudinem, de qua prædictum eſt, licet nullibi affirmauerit, & meritò poſtquàm de tali latitudine non conſtat, de qua ſi ſibi conſtitiſſet, idem profectò affirmaſſet, in pęna autem, quæ præcisè debetur pro peccato, videlicet, quando eſſemus circa illā latitudinem, non differunt ipſe S. Thom. & Sco. ambo firmantes errare ſacerdotem, niſi ſe conformaret iudicio diuino, hoc eſt, niſi tantam pęnitentiā imponat, quòd correſpondeat peccatis, ſecundum iudiciū diuinum, quod vt vides multum repugnat opinioni canoniſtarum, de qua pxime dixi, quòd ſentire videtur inconueniens maximum, vt dixit Io. de Imo, poſt Flor; penult. col. in. c. j. de conceſſ. pręben. dicendo, quòd raro, vel nunquam reperta eſt differentia inter canoniſtas, & Theolog. cum etiam ius canonicum fundatum ſit in iure diuino. c. qualiter & qñ. il. 2. de

4 accuſa. † Ideò primo ſubmittēdo me determinationi ſanctæ matris eccleſię, & cuiuslibet boni theologi, maxime determinationi domini mei do. Cardinalis ſanctæ Crucis, cui opus iſtud, & meipsū, diu eſt, obtuli, qui iſta ætate noſtra facile ſupra alios theologos principatum gerit. Dico ſi rectè theologorū ſententia, de quā ſupra conſideretur, nec differunt à canoniſtis, nec canoniſtæ ab ipſis: ipſi enim theologi, vt ex eorum relatione colligo, loquuntur de arbitrio ſacerdotis libero non regulato ex aliqua cauſa, ſed ex ſola voluntate, patet dum Scotus intra latitudinem per eum conſideratam, dat liberum arbitrium ſacerdoti. quòd omnino denegat citra, & etiam ſatis ex mēte. S. Tho. colligitur, & iſto caſu certum eſt ſacerdotem errare, niſi ſe conformet, vt ſupra diximus, iudicio diuino, ita ꝙ ipſe ſacerdos, vel peccator ſoluet in purgatorio reſiduum pœ-

næ indiſcretæ poſitæ ab iſta opinione nullus canoniſtarum diſcrepat: patet poſtquàm ipſi quando loquuntur de arbitrio ſacerdotis, loquuntur de arbitrio diſcreto, & regulato rõni, quòd probat per tex. in.c.deus qui.de pœnitē. & remiſſio. vbi
5 Abb. per tex. ibi dixit, quòd † nõ committitur voluntati liberæ ipſius ſacerdotis, ſed potius requiritur, quòd diſcretè arbitretur. & ibi dicit, quòd ex cauſa poteſt ſacerdos recedere à canonibus pœnitentialibus minorē pœnitentiam imponēdo, ſicut dicimus in foro iudiciali iudicem poſſe pœnam minuere ex cau'a iuſta.l.hodie. ff. de pœn. &.l.quid ergo.§.pęna granior. ff.de infami. idem etiam firmat Abb.in.c.ſignificauit.de pœni. & remiſſio.per tex.ibi, vbi non committitur ſimpliciter voluntati ſacerdotis, ſed voluntati regulatæ arbitrio boni viri. idem in.c.& ſi clerici. de iudi.§.de adulterijs.iij.col.vbi dixit, ꝙ iura, quæ dicunt, quòd pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, debent intelligi arbitrio boni viri, & ꝓpterea dicimus, quòd accedens ad imperitum ſacerdotem male arbitrantem, non releuatur pęnitentia illius, ſecus ſi peritè arbitratus fuiſſet, vt voluit gl. ab omnib⁹ approbata in.c. menſuram.de pęniten. diſtinct.j. & glo.i..c.quem pęnitet. eadem diſtin.& in.c.de his. diſtinct.l. ita Abb. in.c.extirpandæ.§. qui vero.j.colum.in fi.de præben. in repeti.& in præd.c.ſi clerici. de iudi. & in.c.ſicut nobis. de teſti.in.ij.col.& in.c.ſi diligenti.de ſimon.ij.col. & in.c.ſicut dignum.de homici.ij.col.Moderni in fi.c.accuſaſti. de accuſ. & in pręalleg.c deus qui. de pę niten.& remiſſio. vbi ſingularius dixit Abb.in quæſtio. qua quæritur, quando ſacerdos ponit pęnitentias minores debito, an peccator confeſſus ſit tutus, quo ad deum, quòd ſi nulla culpa repeitur in confitente, vt quia probabiliter credebat confeſſorem peritum, & paratus erat recipere pęnitentiam etiam maiorem, tunc ſatis tutus eſt, & ſacerdos ille indigne aibitrans ſe obligauit quo ad deum, & fortè propterea dixit tex. in.c.ipſi ſacerdotes.ij. quæſt.j.quòd ſacerdotes dicũtur comedere peccata populi, ſi verò peccator fuit in aliqua culpa, quia ſciebat confeſſorem nõ peritum, & tunc non eſt tutus, peccatum tamen eſt dimiſſum, & pęnitentiam condignam ꝑficiet in purgatorio, ex cuius dicto ſing. & apertè colligitur, quòd quando non eſt quid imputetur confitentj, dato quòd minorem hic pœnitentiam acceperit, nullam poſtea in purgatorio pęnam perficiet, quanto

to ergo fortius dicere, & affirmare poſſumus, quando ipſe peritus ſacerdos motus ex cauſa conſiderando circunſtantias peccati, & qualitatem peccatoris, mitigaret pęnam aliàs debitam eam minuendo, quòd ea peracta nullam in purgatorio aliam peragere debeat, & quòd poſſit ipſe ſacerdos mitigare talem pęnam aliàs debitam, tex. eſt optimus in. c. quem pœnitet. de pęnit. diſt. j. vbi dicitur, ipſi enim ſacerdotes plus poſſunt proficere, vel confitentibus parcere, quē tex. exclamat Abb. in. d. c. extirpandæ. & in d. c. deus qui. de pœnitē. & remiſſio. & in d. c. accuſaſti. moderni dicunt caſum ſingularē, immò tantam poſſet contritionem peccatorum perpendere ipſe ſacerdos, quòd abſoluendo nullam ei ſatisfactionem exteriorem pęnitentiæ imponeret, vt eſt glo. in. d. c. menſuram. in verbo dolorum. de pęni. diſt. j. quem notat Abb. in. c. j. de his qui fili. occid. vbi Anna. j. col. quia in magna cōtritione ineſt magna pœna. allegant not. in . c. baptiſmi vicem. de conſecra. diſt. iiij. & per iſta concludo, ꝙ quādo cum cauſa minuit ſacerdos pœnam aliàs debitam, ſatis in hoc dicitur ſe conformare voluntati diuinæ. argu. tex. not. in. l. ſi hominem. ff. mand. & glo. ſing. in. c. tempora pleni 6 tudinis. xxvj. q. vij. & in. c. latorem. xxxiij. q. ij. qui argumento illius. l. ſi hominem. dicunt, ꝙ epiſcopus poteſt ex cauſa diminuere pœnitentiam, quam Papa iniunxit, quaſi videatur ꝓpter illam cauſam inferior facere cum voluntate ſuperioris, & illas glo. commendant moderni in præallega. c. accuſaſti. nec propter diminutionem pœnæ ex cauſa pœnitentia dicetur falſa, immò vera, quia dicetur impoſita, ſecūdum authoritatem ſanctorum patrum, poſtquàm ſecundum canones iſtæ pœnitentię ſint arbitrio recti ſacerdotis commiſſæ, & meritò hoc factum eſt, quia dicit tex. in. c. fraternitatis. xxxiiij. diſtin. ꝙ defectus noſtri temporis, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt rigorem antiquorum canonum nō patiuntur. intellige tamen quæ ſupra dixi de mutatione pœnitentiæ ex cauſa conſiſtente in quantitate, non autem in qualitate. vnde pro crimine publico nō poſſet imponere pnīam ſecretam, ſecūdum Ant. de Bu. in. c. j. de pę. & remiſ. ita Mod. in. d. c. accuſaſti. de accuſa. poſt Archi. in. §. ſed illud. xlv. di. qđ tene menti. & ſic ꝑ ſupradicta conſtat conſonantiā eſſe inter theologos, & cano. licèt prima facie maxima diſſonantia videbatur. ¶ † Capio glo. & in. ij.

glo.in fin.not.ſecundum Abb. quòd pro eodem peccato quis punitur dupliciter in foro animę,& iudiciali.pęnitentia ergo in foro animæ impoſita nō impedit imponendam in foro iudiciali, nec econtra, quòd dicit bene notandum pro eis, quæ ipſe dixit in.c.de his. de accuſa. quod comprobat ratione, quia diuerſus eſt finis fori iudicialis,& animæ. In foro enim animæ imponitur pęnitentia, quia læſit deum. in foro verò iudiciali imponitur pęna, quia læſit rempublicam. dicit tamen, ꝙ ſi ſufficienter fuerit aliquis punitus in iudicio ſæculari, non debet amplius puniri in foro animæ, per.c.quamuis. xxiij.q.v. vbi dicitur, quòd ſi ſufficienter fuerit quis punitus per iudicē, puta decapitatus non punietur amplius pro illo delicto. pulchrum eſſet videre circa primā concluſionem Abba.an procedat quando pęnitentia fuiſſet publicè interpoſita, in qua glo. in præallega.c.de his. de accuſ. firmauit oppoſitum, quòd tūc non poſſet accuſari coram iudice ſęculari, eam laudat domi. Anto.& Imo.ibi poſt Hoſtien. in.c.tuæ.de procurato.& idem Hoſt,& Io.And.in.c.j. de offi. ord.ſupra quos refert ibi,& ita reſidet Io.de Anna. in.ij.colū. do.Abb. tamen non placuit illa glo. rationibus, de quibus

7 hic ibidem repetitis. † Item ꝓpter tex.in.c.felicis. de pęn. in ſexto.in.§.fi.vbi ſecundum eū ſingulariter probatur, quòd punitus per iudicem eccleſiaſticū de crimine eccleſiaſtico, poteſt iterum puniri per iudicem ciuilem, quatenus pęna excedit legalis, ſed pęnitentia etiam ſi ſit publica, leuior eſt, quàm pœna naturalis delicti, vt.xxxiij.q.ij. in.c.admonere, igitur &c. iſtā opinionem ſequitur Marianus ibidem, adducendo eādem rationem Abb.quia effectus pęnitentiæ publicæ,& pęnitentiæ temporalis ſunt diuerſi, vnus non cōfunditur per alium.l.an eadem.ff.de exceptio.rei iudi. D.verò Franc.ibi, licet voluerit pro duabus rationibus Hoſtiē. defendere, & per conſequens glo.in.d.c.de his.pro inducendo tex.in.c.ad abolendam. de hæret. vt per ipſum, & ſecundum tex.in.c.ij.de maled. dum vocat pęnam pęnitentiam publicam, coniuncta.l.prætor edixit.§.ſi dicat. ff.de iniur. dum probatur, quòd impoſitio vnius pœnę criminalis ad vindictam, tollit aliam, tamen poſtea propter dictum.c.ij.de male. quod dicit multum aſtringere, dum in fi. dicit, quòd vltra pęnitentiam publicam poteſtas ſæcularis poſſet procedere ad pęnam pecuniariam, firmat opin. Abb. eius fundamenta approbando

excepta

excepta inductione.c.felicis.de qua infra, & allegando.c.in capite.l.diſtinctio. & præallega. c.admonere. per quæ patet, ꝙ
8 pęnitentia publica fit.† & finis eius videtur eſſe reconciliatio ad deum, & euitatio pęnæ æternæ: hoc principaliter licet per conſequentiam multa fiant ibi, quæ ſapiant pęnam. c.ad abolendam.reſpondit, quòd fauore fidei illud euenit, ſicut multos alios fauores habet.c.in fidei fauorem.de hæret.lib.vj.& quòd.c.felicis.de quo ſupra nõ probet opinionem Abb. dicit ipſe Fran.quòd non conſtat ibi quòd pro criminibus commiſſis iã fuerat recepta ſatisfactio, quaſi ſecundum eum ille tex. poteſt intelligi, quòd per pœnas appoſitas in illo canone non videtur ſublata poteſtas iudicis ſæcularis puniendi crimẽ, intelligendo durantibus pęnis ſpiritualibus ante pęnitẽtiam, certè dico tibi, ſi.c.felicis. non probat iſtam concluſionẽ Abb. minus probabit.c.ij. de maled. in quo Fran. facit fundamentũ poſtquàm in.d.c.ij.nõ permittitur,quòd iudex ſæcularis puniat pęna legali, cum ſecũdum leges crimen,de quo ibi vltimo ſupplicio debuit puniri, vt ibi ẽ glo. & tamen tex. ſolum vult, quòd iudex ſæcularis puniat in pęna pecuniaria, & iſto modo inducẽdo ille tex probaret ſingulariter, ꝙ punitus per iudicẽ eccleſiaſticum de crimine ꝑ publicam pęnitentiam, nõn poteſt per ſæcularem de illo crimine puniri ordinaria pęna. Ad c.ad abolendam, quod ipſe induxerat pro alia parte, non reſpondeo, vt ipſe dicit, quòd eſt ſpeciale in crimine hæreſis, qa multa alia ſpecialia habet. Sed dico,quòd propterea eſt in illo crimine, quia eſt mere eccleſiaſticum, & in eo non poteſt ſe intromittere ſæcularis, niſi q̃tum ſibi conſtat per proceſſum iudicis eccleſiaſtici, vt in.c.inquiſitionis.§.prohibemus. de hæret.lib.vj.vnde idem eſſet in crimine quocunque mere eccleſiaſtico. Pro intelligentia ergò & claritate dicendorum, præſuppono quòd aliqua ſunt crimina mere eccleſiaſtica aliqua mere temporalia,aliqua mixta. in mere eccleſiaſticis non procedit quæſtio noſtra, quia iudex ſæcularis nullam habet cognitionem vnde abſolutus à iudice eccleſiaſtico,debet abſolutus ſimpliciter haberi à iudice ſæculari, ita intelligendus eſt tex.in.d.c.ad abolendam. aut ſunt crimina temporalia, in q̃bus noſtra verſatur dubitatio, præſuppoſito, quòd in omnibꝰ criminibus ipſa eccleſia habet iuriſdictionem, quantum ad pęnitentiale forum, ſecundũ Ab. in.c. cum ſit generale. de fo-

compet.ita declarando gl. ibi.
9 ¶ †Modo quæritur, an iniungendo pęnitentiam publicam ſit liberatus delinquens à iuriſdictione iudicis ſæcularis. & de hoc non reperitur tex.qui directè loquatur, non dictum.c.ij. de male. quòd potius loquitur de crimine blaſphemiæ, quòd eſt eccleſiaſticum, vel ſaltem mixtum, nec.c.felicis. de pęn. qđ loquitur de crimine ſacrilegij, quòd conſtat eſſe mixtum, vt in.c.cum ſit generale de fo.cõpeten.& ibi per omnes. vñ ego dico ſententiam Abb.hic, & in d.c.de his.veriſſimam eſſe taliter, quòd non credo Anto. ſenſiſſe contrarium, nec Hoſtiẽ. vt ſtatim demonſtrabo, & pro iſta opinione monſtrãda vtor fundamento ſolo illius.c.felicis. inducendo eum inconuincibiliter, non curando ſomnia do. Franc. probat ibi tex. quòd in delictis mixtis pęnitentia publica impoſita per eccleſiã, non tollit imponendam per ſæcularem. ergo multo fortius, nec tollit in delictis mere temporalibus, conſequentia nota eſt per authẽ. multo magis.de ſac. ſanc.eccle. quòd autem ibidem conſtet pęnitentiam fuiſſe impoſitam, demõſtratur in.§. per hoc.in eod.c.cum Papa proteſtetur, quòd per ea, quæ ipſe diſpoſuit, non intendit adimere poteſtatem iudicibus ſæcularibus vtendi legibus contra tales quas aduerſus ſacrilegos catholici principes ediderunt, & tamen illa conſtitutio iam diſpoſuerat de pęnitentia publica iniungenda, immò quòd fortius eſt, iam diſpoſitum erat de pœna grauiſſima, non dico de pœnitẽtia, ibi proxime ante.§. per hoc, vbi dixit, quòd propter illas pœnas non adimit poteſtatem iudici ſæculari, iniungendi ſuas pęnas legales: ſi ergo, ĩ pęnis, hoc eſt, quanto fortius in pœnitentia publica, & iſto modo in criminibus mixtis, vt ſingulariter illum tex. allegauit Abb.ij.col.in.c.tuæ.de procur. in fi.dicens, quòd diuerſæ pœnæ prouenientes diuerſis foris vna non tollit aliam. idem in c.cum ſit generale.de fo. competen.in princ. & ita do.Franc.in d.c.de his. in v.col. Alexã.in.c. fraternitatis.xxxiiij.diſt. & ꝓbo etiam quod dixi, ſecundo ab ab euitatione abſurdi; ſequeretur enim ex contrario, ꝙ eſſet in poteſtate epiſcoporum, ad quos ſpectat pęnitentias publicas dare.c.accedentibus. de exceſſ.prælat.vbi Abb.ſubuertere iuriſdictionem iudicum ſęcularium, quod tamen negat Papa ſe velle facere in.c.ſi duobus.de appellat. & in.c.per venerabilem.qui fil.ſint legi.& in.c.nouit.de iudi. facile enim eſſet malefactoribus petere pœnitentiã publi-

publicam ab epiſcopis, & faci-
lius eis eſſet concedere, & tene
menti. Ad.c.ij.de maled. indu
cendo vt ſupra induxi in con-
trarium, poſſet dici, vel quòd
ibi ſit ſpeciale propter commiſ-
ſionem ibi factam per Papam,
cum ſit crimen eccleſiaſticum,
ita Hoſtien.in titu.de maled.in
ſum. pen. colum. Abb.tamē,&
alij in.d.c.ij.dicunt illud crimē
eſſe mixtum, vel ſecundo dicas,
quòd ille tex. non negat iudi-
cem ſæcularem poſſe vti legib⁹
ſuis, vt ſenſit Franc. in.d.c.de
his.iij.col. allegādo ibi glo. li-
cet per hoc tex. videatur viola-
ri. Sed tamen iſte intellectus po
teſt defendi. arg.c.cum non ab
homine.de iudi.in fi. ver.cogi-
10 tabis. ¶ † Aduertas modo dū
dixi ſuperius, quòd Anto. non
fuit opinionis, cuius doct. opi-
nantur, quòd probo, quia do-
ctor eſt intelligendus ſecūdum
legem, quem allegat, ſecundum
Bart. in.l.non ſolum.§. libera-
tionis verba. ff.de libe. lega. &
Io.Andr. in.c.cum nuncius.de
teſtib. ſed ipſe Anto. allegat.c.
aliud.xj.queſt.j.qui tex.loqui-
tur de perpetuo publice pœni-
tente, non autem de agente pœ
nitentiam publicam tempora-
neè, qui perpetuo pęnitens di-
citur eſſe ſub protectione eccle
ſiæ, ſecundum Anto.de But. in
c.ij.de fo.compe.per illum met
tex.in.d.c.aliud.quem ſequitur
Aret.in.d.c.ij. licet Abb.ibi cō-
tra, vnde videmus apertè, quòd
do.Ant. loquitur in perpetuo
pęnitente, vt dixi, non autem
in eo, cui iniungitur rōne alicu-
ius delicti publica pęnitētia. qđ
teneas perpetuo menti. ¶ Vlti
mo not.ex gl. ſecundum Abb.
quòd fraudans pōdera, vel men
ſuras, punitur pœna.l.cornelię
de falſis. & pęna illius.l.eſt bo-
norum publicatio cum depor-
tatione. Sed aduerte quod tex.
in.l.penul.ff.eo. non imponit
tantam pęnam fraudanti men-
ſuras, & pondera, ſed dicit, ꝙ
poteſt puniri, item relegari in
inſulam, & aliam pęnam vide-
tur ponere.l.annonā. ff.de ex-
traor.cri. nā iuriſlator aliā vide
tur imponere fraudanti menſu
ras, & aliam fraudanti ponde-
ra, ſed dicit, ꝙ poteſt puniri, itē
relegari in inſulam, ſed do.Ab.
dicit non videre rationem di-
uerſitatis: ſed tamen dicit, ꝙ
credi poſſe dici, quòd cum iura
varie hæc crimina puniunt, po-
teſt iudex imponere, quam pœ-
nam vult de expreſſis in iure.
arg.l.quotiens.ff.de act. & obli
gat.c.quoniam frequenter. vt
lit.non conte. poteſt etiam ex
cauſa, ſecundum eum illam pœ
nam mitigare, etiam ſi ſit pęna
ſtatuti municipalis.l. quid er-
go.§.pœna grauior. ff. de his
qui not.infam. & quod ibi per
Barto. quod bene nota.

CAP. CVM DILECTI.

SVMMARIVM.

1 *Venditio ſi facta fuerit minus dimidia iuſti pretij: eſt in arbitrio emptoris: vtrũ rem reſtituere velit recuperato pretio: vel iuſtum pretium ſupplere.*

2 *Venditio tenet, licet venditor ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij: tamen poteſt venditor agere, vt reſtituatur ſibi res, vel ſuppleatur iuſtum prctium.*

3 *Forma debet ſeruari in contractibus. & nu. 5. & 8.*

4 *Solemnitas extrinſeca, an, et quando præſumatur, ſi non probetur.*

6 *Caſus licitus poteſt interuenire dupliciter in alienatione rerum eccleſiæ.*

7 *Cõtractus factus ſeruata forma, valet, licet caſus licitus ſeruatus non fuerit.*

9 *Alienatio rei eccleſiaſticæ facta ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum conſenſu non valet.*

10 *Caſus liciti in alienatione, ſi ſeruata forma enuntientur ſtatur enuntiationi, quæ iuris præſumptione iuuatur.*

11 *Eccleſiæ datur reſtitutio in integrũ, ſi contractus alienationis non fuit factus in caſu licito, etiam ſi contractus valeat.*

12 *Libellus petens præciſè rem alienatam reſtitui, an ſit ineptus.*

13 *Reſtitutio contra contractũ præſupponit contractũ validum.*

14 *Deceptio vltra dimidiam iuſti pretij quantumcunque modica ſufficit, ad hoc vt reſcindatur contractus.*

15 *Contrahentibus ſe adinuicem decipere, licitum eſt vſq; ad dimidiam iuſti pretij, Et quid in eo qui neceſſitate ductus uẽdidit. nu. 19. Et quid in prodigo vendente. nu. 20. Et quid ſi dolus det cauſam deceptioni. nu. 21. 22. 23. 24. & 25.*

16 *Præſumptio. l. merito. ff. pro ſoc. non poteſt allegari cõtra aliquem, quando ſua inte-*

intereſt, vt ipſe præſumatur deliquiſſe.

17 *Contractus licitus laicis videtur etiam eſſe licitus clericis.*

18 *Emens rem, & ſciens iuſtum pretium, ſi aliquid vltra iuſtum pretium offerat, an videatur donare.*

26 *Libelli ineptitudo poteſt opponi etiam poſt ſententiā. & nu. 27. & 31. Et quid ſi tranſeat in rē iudicatam. nu. 32. & 33.*

28 *Caſſari, vel irritari, quando quid proprie dicatur.*

29 *Sententia annullatur per iuſtum errorem in ea expreſſum.*

30 *Proceſſus formatus ſuper inepto libello, nunquid ſit nullus.*

34 *Iudex ſuperior non reformat ſententiam inferioris in cauſa appellationis, vel in iudicio nullitatis: ſed ſimpliciter eam pronuntiat nullam.*

35 *Allegare non ſufficit, ſed allegatum debet probari.*

36 *Tempus contractus attenditur ad cognoſcendum verum valorem alcuius rei. & nu. 39.*

37 *In venditore duo conſiderantur: in emptore verò vnum. & nu. 38.*

40 *Diſpoſitio quæ poteſt attribui principio, vel fini: potius principio attribuenda eſt. Et quid in delictis. num. 41.*

42 *Eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrū, quando enormiter læditur.*

43 *Ius ſibi dicere an quis poſſit propria authoritate in defectum iudicis.*

44 *Eccleſia decepta vltra dimidiam, poteſt petere reſtitutionem in integ. ex ſpeciali beneficio.*

45 *Contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, quomodo differant.*

46 *Contractus ſtricti iuris, an valeat, quando dolus impedit conſenſum.*

47 *Contractus initus per metum, an, & quando teneat. & nu. 52.*

48 *Liberatio adiecta cōtractui bonæ*

bonæ fidei dolo dante cauſam contractui eſt ipſo iure nulla.

49 *Conſenſus nunquid impedia tur propter dolum. & nume.53.*

50 *Contractus bonæ fidei ſunt iuriſgentium.*

51 *Contractus ſtricti iuris vltra ſtipulationem qui ſint.*

54 *Lex ciuilis ſi foueat aliquem rigorem, licet expreſsè non reprobetur per canonem, tamen talis rigor non ſeruatur in foro canonico.*

55 *Contractus factus corã principe, dicitur habere naturam bonæ fidei.*

56 *Contractus matrimonij carnalis non vitiatur, licet dolus dederit cauſam ipſi contractui.*

57 *Conſenſus an poſſit eſſe vbi eſt error.*

58 *Dolus bonus dãs cauſam inſtitutioni, non vitiat inſtitutionem.*

59 *Agere an quis poſſit contra dominum ſerui, qui damnum intulit, præciſè petendo reſtitutionem damni.*

60 *Vẽditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, an habeat emptorem obligatum alternatiuè ad rem reſtituendam, vel iuſtum pretium ſupplendum? & nu. 61.62.63.& 64. Et quando vnum tantum eſt in obligatione, & aliud in facultate, procedere poteſt libellus alternatiuus: & eodem modo ſententia.nu.65.*

Hoc intendit.

† In sũma. Cũ
1 res venditur minus dimidia iuſti pretij, in arbitrio emptoris eſt, vtrum rem reſtituat recuperato pretio, vel iuſtum pretium
2 ſuppleat. vel aliter. † Tenet venditio, licet venditor ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij: poteſt tamen venditor agere, vt reſtituatur res, vel iuſtum pretium ſuppleatur, & ſi alterum præciſè petit, ſuccumbit, hoc dicit communiter. Diuiditur in duas partes. In prima parte ponit factum. In ſecunda diffinit. ſecũda ibi, quia verò. Pro vera intelligentia iſtius notandi cap. & vt eius intellectus clarius pateat more meo ſolito, adaptabo rationes dubitandi, quibus

quibus mediãtibus cum rationibus decidendi, veritas apparebit. Videbatur primo dicendum pro ratione dubitandi, ꝙ ſententia decani legitima fuerit, & ſic non infirmanda, ſed potius confirmanda fuiſſet, dũ pronuntiauit contractum nullum, & rem reſtituendam: quia
3 † forma non fuit ſeruata in rebus eccleſiæ alienandis, qui defectus manifeſtè demonſtrat contractum nullum. vulga. c. ſi ne exceptione. xij. quæſtio. ij. legitur, & not. in. c. nulli. ſupra de reb. eccleſ. Quo tamen non obſtante hic Papa determinauit contrarium, caſſando dictam ſententiam. Pro ratione decidendi, dicitur hic communiter per ſcribentes, maxime per do. Cardi. in iij. oppoſitione, poſt glo. j. & iiij. quod ideò fuit: q̃ non fuit probatum formam non fuiſſe ſeruatam. Vel ſecundo, quòd ad hoc principaliter non fuit actum, ſed ſolum ad annullandum ratione illius enormis læſionis, ſed neutra iſtarũ mihi placet, prima non, quia ſatis probatur formam non fuiſſe formatam, quando per aduerſarium nõ probabatur eam fuiſſe ſeruatam. arg. eius quod dicit Bartol. in. l. ſi forte. ff. de
4 caſtren. pecu. † Item quia ſolemnitas extrinſeca, qualis eſt, iſta non præſumitur, niſi probetur. l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. l. quicunque. §. fina. de pub. no. infra. c. ſequenti. Nec ſecunda placet, dum dicunt, ꝙ non agebatur principaliter ad hoc, quia immo conſtat contrarium, quia principaliter hoc fuit oppoſitum per canonicos, quapropter neceſſario fatendum eſt, quòd in capitulo noſtro, ex parte fratrum, oſtenſum fuit inſtrumentum ſigillo canonicorum ſignatum, per quod probabant formam interfuiſſe in alienatione: canonici verò negabant conſenſum capituli interueniſſe. quod tamen cum non probauerint, ſed ſolum de deceptione vltra dimidiam iuſti pretij immeritò ſi exceptio defectus formæ non obſtet. Iſtud enim ego veriſimiliter ſupplendum puto in iſto capitulo, vt ſileat iſta oppoſitio. argumento tex. not. in. c. tertio loco. de probatio. & propterea hic in fine cap. reſeruatur illa exceptio defectus conſenſus capituli, quia licet inſtrumẽtum productum fuerit, vt proxime dixi. probari tamen poteſt capitulum non conſenſiſſe. argumento dicti. c. tertio loco. vnde præſupponimus in capitulo iſto, quòd hic ſententia fuerit retractata, quia pronuntiauit contractum nullum ratione prædictæ enormis læſionis,

cuius ratione inſtat modo ſe-
cunda & fortior ratio dubitan
di:quia ex iſta enormi læſione
conſtat caſum licitum nō fuiſſe
ſeruatum in iſta alienatione : ꝗ
ita neceſſario petitur, ſicut alia
formæ obſeruatio, & ſicut for-
mæ omiſſio vitiat, ita & omiſ-
ſio caſus liciti. probat tex.in.c.
ſine exceptione.xij.q.ij. ibi, vt
meliora proſpiciat. & tex. in
c.ij.de reb.eccle.lib.vj.ibi,dum
dixit, formā, & caſibus à iure
expreſſis. facit.c.quæ in eccle-
ſiarum. de conſtitu. Et ita fir-
mant communiter ſcribentes
in.c.nulli.ſupra de reb.eccl.vbi
do.Abb.in.ij.colū.qui adducit
vulgatam.l.non dubium.C.de
legi. Vbi factum contra.l.non
valet, licet in ea expreſsè non
caueatur, quod non valeat. ad-
ducit etiam tex.in clemen j.de
reb.eccle.& in.c.ſi quis presby
terorum.ſupra de reb.eccle.Cū
ergo conſtituit decano caſum
licitum in alienatione ſeruatū
non fuiſſe per ſupradicta iuſtè
pronuntiaſſe videtur contractū
nullum pronuntiando. Ex iſto
capite caſus liciti non interue-
nientis, propter quod primum
notabile do. Abb. redditur du-
bitabile, dum dixit contractum
venditionis non eſſe ipſo iure
nullum. deceptione etiam ma-
gna,vel enormi interueniente
in pretio : quia immò deberet
dici nulla per ſupradicta : quia
ex ea conſtat vnum de requiſi-
tis neceſſario ī alienatione ob-
ſeruatum non fuiſſe. Quod ta-
men non obſtante hic determi-
nat contrarium, quòd immò
valet contractus : & pro ratio-
ne decidendi dici poteſt, quod
dicit glo.ſingu.in ſumma. xij.
q.ij.quæ per iſtum tex. voluit,
5 quòd dum tamen forma † reqſi
ta in alienatione rerum eccle-
ſiæ ſeruata fuerit, licet caſus nō
interuenerit,alienatio tenet. fa
cit in ſimili glo.fin.in.c.quę in
eccleſiarum. ſupra de conſtitu.
quam glo. ſummæ ſcribentes
communiter reprehendunt, ꝑ
ea quæ ſupra proxime allegaui
in ratione dubitandi. ſaluant
tamen illam glo. in dicta ſum-
mā,& per conſequens capitulū
noſtrum, ꝑ quod ſe fundat illa
glo.licet de eo mentionem nō
faciat,dicendo, quòd interueni
6 re † caſum licitū in alienatione
rerum eccleſiæ ſtat dupliciter.ſ.
exiſtenter,vel apparenter: vnde
dicunt,quòd ſatis eſt, quòd ap-
parēter exiſtat caſus.i.quod pu
tent vtilitatem exiſtere, licet in 7
veritate non exiſtat. Ita dicit
Inno. ſingulariter in.c.cum in
apoſtolica. iiij.col. de his quæ
fi.à præla.& ibi do.Ant.de Bu.
idem Inno.in.c.pen.ij.colum.
de reb.eccleſ. & idem in.c.j. de
depoſi. & Io. And. in fi.c.Ray-
naldus.de teſta.in ſua Ioānina.
pro quibus ego adduco gl.quæ
hoc

hoc apertè voluit, licet non allegetur in.c.ad noſtram. ſupra de reb.eccle.in ver.enorme. eſt glo.ij. quæ ſic intellexit tex.noſtrum, quòd hic interuenit forma, & credebant vtiliter contrahere dicti canonici Beluacenſes. Eſt ergo attribuẽda iſta doctrina glo. pręalleg. non autem Imo. aut Antonino, vel cuicunque alteri. procedant ergo contraria ſuperius adducta, quando forma ſeruata non apparebat de vtilitate ipſius eccleſiæ, et am apparẽter. Ego vero admitto iſtam concluſionem illius glo. in.d.c.ad noſtram. & communem aliorum ſcribentium ſententiam, poſtquàm ita neceſſarium eſt pro intelligentia, & concordia capituli noſtri. &.d.c.ad noſtram. cũ alijs iuribus ſuperius adductis in ratione dubitandi. Qua concluſione admiſſa dico & ſingularius, quòd per eam conſtat veram eſſe ſimpliciter glo. ſupra allega. in ſumma.xij.q.ij. dum vult, quòd † valet contractus factus ſeruata forma, licet caſus licitus ſeruatus non fuerit, quod probo præſuppoſita dicta concordia: quia iuris præſumptione ſeruata forma ſemper putatiue adeſt caſus licitus, & ſic vtilitas putatiua, ſeu apparens. ita firmat do. Abb. in.c. conſtitutus. de reſti. in integ. in.iij.col. poſt glo. & Bart. in.l.j. de præ. decur. lib.x. & Specu. in titu. de emptio. & vend. §. nunc videndum. el.j. verſi. breuiter. de quo Alex. colum.v. in fi. in.l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. & hinc eſt, quòd electus in dubio præſumitur magis idoneus, vt dicit glo. nota. in.c. miramur. lxvj. diſt. in ver. laboribus. quẽ commendat do. Abb. in.c. penul. de præſump. facit glo. in.c. viliſſimus.j.q.j. & tex. in.l.j. C. qui & aduer. quoſ. & ſic per hoc conſtat aliter non docto tempore contractus de vtilitate, ſaltem apparẽte veram eſſe iſtam concluſionem iuris præſumptione ſuper hoc ſtante: & propterea meritò iura loquentia in iſta materia annullant alienationem, quando forma non fuit ſeruata de effectu caſuum, nullam faciendo mentionem. licet vtrunque per.l. antea requireretur, vt pbat tex. in.c.j. de his quæ fi. à præla. melior tex. in.c.ij. de reb. eccle. lib.vj. vbi ſolum irritat contractũ nõ ſeruata forma, licet de caſibus licitis interueniendis ibi ſupra proxi. tex. dixerat, in quo non puto bene aduertendum, qu a notanda eſt inductio illius cap. pro qua eodem modo inducendo adduco tex. not. in.c. ſi ſine exceptione.xij. quæſt.ij. ibi, irrita &c. quæ inductiones demonſtrant, quando forma eſt ſeruata præſumptiue caſum eſſe ſerua-

8 ſeruatum. Eſt † verum, quòd huic nouæ opinioni videtur repugnare tex. in clemen. j. de re. eccle. in §. ſi quis autem contra hoc fecerit. tamen dico reſponderi poſſe, vt iura iuribus concordentur, referendam illam particulam ad proxime ibi dicta, videlicet de forma non ſeruata, poſtquàm ea ſeruata iuris pręſumptione caſus ſeruatur, vt dixi, vel intelligo illum tex. & ſimiles, quando conſtaret manifeſtè, quòd contractus celebraretur in damnum ipſius eccleſiæ, quia tunc forma non faceret aliquam præſumptionem, quia incertis, non autem certis locus eſt præſumptioni. argu. l. continuus. ff. de verbo. obligat. Vel tertio dico, euadẽdo, quòd illa clemen. loquitur ſpecialiter in religioſis, vt ibi in glo. in ver. religioſis. pręcedentes tamẽ ſolutiones magis placent. Non obſtat ſecundo huic concluſioni tex. in. c. quæ in ec

9 cleſiarum. quia dico, quòd † nõ loquitur in defectu caſus liciti, ſed potius formæ non ſeruatæ, dum dixit non valere alienationem factam ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum conſenſu, vt ibi clarè voluit gl. quæ præ cæteris melius intellexit. Non obſtat inductio. l. non dubium. C. de legi. quia reſpondeo, quòd quando ſeruatur forma iuris præſumptione in nullo fit contra legem, poſtquàm ipſa præſumit caſum licitum interueniſſe, diceretur bene cõtra legem fieri, quando dum ſeruaretur forma, conſtaret de inutilitate contractus, quaſi forma tunc videretur potius in fraudem obſeruata. Vel ſecundo dico, quòd prædicta. l. non dubium. habet multas fallentias, inter quas eſt vna ibi per doctores multum vulgata, hic tamen bene applicabilis, videlicet, quòd lex illa non habet locum, quando lex vltra proceſſit, prout in propoſito noſtro: quia prohibendo ſine forma, & caſibus fieri annullationem ſolum irritat factum, forma non ſeruata, & meritò poſtquã forma ſeruata caſus præſumitur. Ideò contractus valet. Ita intelligas nouiſſime iſta alias non guſtata. Nec obſtat tex. in. d. c. ſi quis presbyterorum. ſuperiꝰ adductus, quia dico cum ſuppoſitatione do. Abb. quòd non meretur allegari: quia loquitur in defectu formæ, non autem caſus, vt glo. ibi apertè dicit in

10 ver. nullas. Ex † quibus infero ad vnum, in quo doctores alias ſolent dubitare: quod ſeruata forma, ſi enuntiantur caſus liciti in alienatione ſtatur enuntiationi, quæ iuris præſumptione iuuatur. ita procedat, quòd Franc. de Arc. voluit in. c. quoniam contra. de probat. in vlti. col.

col. vbi Felyn. vj. fol. colum. ij. Sed forma non ſeruata talis enuntiatio nihil valeret: idem quando vtrunque enuntiaretur. ita intelligo quod Dominicus dicit in dicto. c. j. de reb. eccle. per tex. ibi, vtrunque fuit probatum non interfuiſſe, ſolum ex eo ipſo, quòd contrarium probatum non fuit, cum ſint intrinſecæ ſolemnitates, vt in princip. c. j. dixi, vnde melior fuit inductio Dominici in. d. c. j. quam Aretij in dicto. c. quoniam contra. d. ti. colum. & ita procedat quod not. ipſe Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de reb. eccleſ. & quod Barto. in dicta. l. ſi forte. de caſtren. pec. quod perpetuo nota pro concordia doctorum, quam nouiſſime concepi.
11 † Vnum tamen eſt, quòd conſtito poſtea de contrario, ſcilicet, quòd contractus non fuit factus in caſu licito, licet contractus valeat, vt dixi, datur tamen eccleſiæ in integrum reſtitutio, vt vult glo. in dicta ſumma. xij. q. ij. & in dicto. c. ad noſtram. de reb. eccle. Quo præſuppoſito nunc maior inſurgit dubitatio in. c. noſtro. Si enim iſti canonici poterant petere reſtitutionem in integrum vigore enormis læſionis, vt probat tex. in. dicto c. ad noſtram. de reb. eccl. & firmat Abb. hic. ij. colum. in prin. quare ergo mandatum factum per decanum de reſtituendo, non valuit? cum immò debuiſſet valere per ſupradicta, licet contractus tenuiſſet, poſſet pro reſolutione dici, vt doctores ſentiunt, quòd hic canonici tenuerunt viam communem, quam in dubio quis potius videtur eligere, quàm viam ſpecialem. l. iij. C. de teſta. mili. videntur ergo intentaſſe iſti remedium. l. ij. de reſcind. vendi. Sed iudicio meo ſolutio iſta ſubſiſtere non poteſt, quia immò in dubio potius videtur electa via ſpecialis, quando illa eſt vtilis, quàm communis, quando eſt inutilis, vt in caſu noſtro probatur in. l. ſi miles qui deſtinauerat. ff. de teſtam. milit. faciunt quę do. Alex. poſuit. in. l. quanquam. de teſta. milit. in. j. colum. & do. Fely. in. c. cum ex officij. de præſcript. penul. fol. in. j. colum. cum ergo hæc petitio reſtitutionis ex via communi erat inutilis, ex via verò ſpeciali vtilis, meritò petendo reſtitutionem potius viſi ſunt petere de iure ſpeciali, quàm de iure communi, vnde falſum videtur quod dicunt docto. hic, libellum fuiſſe ineptum: quia præciſè petebatur rei reſtitutio iſta præhabita conſideratione.
12 † Quapropter dico pro concordia, & vera iſtius cap. intelligentia, quòd hic libellus non fuit ineptus in iſto cap. ex eo, quod

quod præciſè rem reſtitui petebatur, vt communiter, & male, doctores hic ſentiunt, quos refert, & ſequitur And. in vj. col. reprehendendo Bald. in. l. ij. de reſcind. vendi. in fi. pen. col. qui tenuit hic ideò libellum fuiſſe ineptum, quia petijt pars canonicorum contractum nullum pronunciari; cuius dictum Bal. credo eſſe veriſſimum. quod etiam hic firmat Ant. de But. & refert Imo. in. viij. col. poſt medium. nec aliter dici poteſt pro reſolutione iſtorum cõtrariorum, niſi quòd propterea hic libellus fuit ineptus, quia iſti canonici petebant contractũ nullum pronunciari: & per conſequens rem reſtitui: talia enim ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, vt eſt glo. not. in c. dudum. de deci. licet iſto argumento vteretur Andr. ad reprehenſionem Bal. in d. l. ij. dicendo, quòd res hic præciſè petita fuerat, poſtquàm per iudicem reſtitui mãdatum fuit: eodem tamen & validius vtor cõtra eundem Andr. & alios qui ita tenent, & ex illo argumento defendo Bal. quia pronũtiauit decanus contractum, qui talis veriſimiliter petitus erat ex duobus deductis. ſ. ex defectu formæ non ſeruatæ, & ex enormi læſione, & per conſequentiam petebatur rei reſtitutio, quæ ex dicta nullitate ſequebatur: & ipſe decanus ita pronunciauit contractum nullum, ꝑ enormem læſionem, quam paſſi fuerant dicti canonici. Igitur

13 † non immeritò, ſi ex beneficio ſpeciali dicta ſententia valida non fuerit, quia ad id non agebatur, immò potius ad contrarium, quia reſtitutio contra cõtractum præſupponit contractum validum, ſicut priuatio ꝓſupponit habitum, vulgata. l. decem. ff. de verbo. obligatio. facit. l. iij. rem rat. habe. Et ſi modo quæratur augendo difficultatem, quare ex officio ſuo Papa non fecit iſtam reſtitutionem, poſtquàm cognouit enormem læſionem ipſius eccleſiæ, & ſibi conſtitit ex deductis in eodem iudicio ius, videlicet eccleſiæ competijſſe, hoc dico ductus authoritate tex. in. c. Ranutius. de teſtã. vbi do. Abb. ij. col. not. ibi tex. probantem, ꝙ iudex appellationis ſupplet defectum partis, quando ſuppletio conſiſtit in iure, etiam parte non allegante, quod exclamat ibi Abb. poſt Inno. Ad quod iudicio meo reſpõderi poteſt, quòd. c. Raynutius, procedat in officio iudicis impartito circa ea, quæ de iure communi alicui ex partibus competere poteſt, ſecus circa ea, quæ de iure ſpeciali veniunt, qualis fuiſſet iſta reſtitutio, quæ de iure ſpeciali concedi potuit interpoſita

partis

partis petitione, immò litis cõteſtatione. c.ij. ſupra de offic. iudi. quod reputo ſummè notandum pro declaratione, & limitatione.d.c.Ra nutius.& eorum quæ ibi Abb. Et ſi dicatur vltimo, quare Papa ad minus ſententiam non reformauit, vt debuit, ſecundum not.in.c.cũ Ioannes.de fide inſtru. per tex. ibi,& per Bart.in.l.ſi expreſsũ. ff.de re iudi. Reſpondebo inferius poſt quartum nota. Abba. quia ĩ hoc diſcrepo ab Abbate, vt ibi dicemus: & ſic per prædicta manet expeditum primum

14 not.Abb.hic. †Secundo noto ſequendo eius ordinem vnum remedium competens vnicuique, nedum eccleſiæ, ſed priuato contractus reciſiuum.ſ.quãdo quis decipitur vltra dimidiã iuſti pretij, quod procedit tam ex parte emptoris, quàm venditoris. in emptore pone exemplum. valebat res decẽ,& emit vltra quindecim. in venditore ſi rem valentem decem, vendidit minus quinque, reperitur deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. ſi verò deceptio nõ eſſet vltra dimidiam, puta quia vendidit rem valentem decem pro quinque, non competit remedium ad reſcindendum contractum, quia vſque ad dimidium iura tolerant deceptionem.l.in cauſæ.ff. de minor.l.ij.C.de reſcind.vend. Elicio ex iſto not. duas concluſiones. prima, ꝙ ſufficit quantumcunque modica deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, vt contractus reſcindatur,& requiritur iſte exceſſus quantumcunque minimus, vt actus reſcindatur, quia vbi vitiũ eſt potentius quàm ratio fauẽs contractui, actus denominatur à potentiori.arg.l.quæritur.ff. de ſta. homi. Vnde contractus iſte videtur vitioſus, extante qualicunque deceptione vltra dimidiam. Sed vbi ratio fauens contractui, eſt potentior, quia pretium eſt maius quàm deceptio, vel ſaltem ęqualis, tunc contractus ſuſtinetur, quod eſt notandum pro ſimilibus quæſtionibus, quando aliquid participaret de duobus qualitatibus, à qua debeat denominari. quod facit ꝓ vniuerſitate ſcholarium, in qua ſunt & clerici, & laici, quia data maiori parte clericorum, vel ſaltem data æqualitate, dicetur eccleſiaſtica & nõ ſæcularis, vt dicunt ſcribentes poſt glo. ibi in.c.j. infra de locato. Vbi me remitto ad ea, quę ibi dixi, vbi firmaui cõtra communem idem eſſe, etiam data minori parte clericorum, ſaltẽ

15 tertia. ¶ †Secundo colligo ex iſto notabili, quòd licitum eſt contrahentibus ſe adinuicẽ decipere vſque ad dimidiam iuſti pretij. probat.d.l.in cauſæ, adducta hic per Abb. Addo opti

num tex.in.l.item ſi pretio.in .§. fina. ff.loca. meliorem in.l. ſi voluntatem. C.de reſcinden. venditio. Adduco glo. quæ idem voluit in. c. in ciuitate. de vſur. & in.c.in cauſa. de teſtib. & in. c. noſtro. in glo. fina. & applicando iſtam concluſionem Abba. & iſtarum gloſ.c.noſtro. infertur ſingulariter, non ſolum hoc licere priuato, verum etiam eccleſiæ, non ſolum contra priuatum, ſed etiam contra aliam eccleſiam, quod videtur contra glo. in. c. hoc ius porrectum. x.queſtio.ij. quæ vult, quòd eccleſia non debeat aliquem decipere in contractum, immò ſi quid plus debito ſibi offertur, recipere non debet. quam not. Abb. & Imo. in.c. primo.ſupra eod. & Abb. in.c. per tuas. de donatio. & in dicto.c.in ciuitate melius in prę allegato.c.cum cauſa. de teſtib. vbi Anto. & Imo. extendunt glo. ad quaſcunque perſonas eccleſiaſticas. Secundo videtur iſta illatio contra gloſſ. communiter commendatam in. l. ſemper in contractibus. ff. de regu. iur. vbi dicit glo. quòd bono viro non licet facere iſtam deceptionem, quam extollit Ioan. de Anna. ix.col. in dicto .c.in ciuitate. dicens, quòd Ferrariæ conſuluit propter illam glo. quòd quando volo, quòd illud plus exiſtens intra dimidiam mihi reſtituatur, fiat poſitio, quòd ille cum quo contraxi, eſt bonus vir, quòd cum ipſe non negabit, reſultabit effectus illius gl. quia bono viro non licet decipere quenquam, quæ cautela licet glo.in ſe vera ſit, reprehenditur per do. Fely. in.c.fina.de præſumpt.in.iiij.col.per tex.& glo.& quæ ibi not.per Bart. & Pau. de Caſt.in.l.qui iuraſſe.§. ſi pater.ff.de iureiuran.vbi ſatis probatur, quòd quis tali poſitioni non teneatur reſpondere, quia non intereſt reſpondẽtis, vt bonus præſumatur, quo caſu ceſſat præſumptio iuris, mediante qua, quis bonus pręſumitur, & eodem modo dicũt

16 ibi poſt glo. † quòd præſumptio. l. merito. ff. pro ſocio. non poteſt allegari contra aliquem, quando ſua intereſt, vt ipſe præſumatur deliquiſſe. & pro not. in dicta.l.qui iuraſſe. ego adduco optimam glo. in c.ij.de confeſſ.lib.vj. in ver.rationabili.poſt princ.ad propoſitum ergo redeundo ad iſtas glo. ſuperius adductas, videtur limitandum dictum Abb. & iura illud probantia non procedere in eccleſia, vel eccleſiaſticis perſonis, ſeu bono viro. quę limitatio nunquam mihi placuit, quia eſſet diuiſionem perſonarum facere, quia quòd liceat

ceat laicis, & non clericis, malis, & non bonis, eſt profectò cōtra omnem rationem: contractus enim qui licitus eſt laicis, debet eſſe licitus clericis, & eccleſiæ, aut non debet eſſe licitus laico, quia in peccatis nemo priuilegiatur, neque priuilegiari poteſt. c. ſuper eo. cum
17 ibi not. de vſur. † Si igitur eſt licitum laico, ergo cuicunque ſi non licet eccleſiæ, vt bono viro, vel bono viro laico, quia illicitum, neque debet licere alteri laico, poſtquàm in hoc ratio aliqua ſpecialitatis dari non poteſt, & ne melioris cōditionis ſit vilis, quàm honeſta perſona. quod eſſet contra .l. ſi patre vel domino. ff. de peti. hæred. & contra. c. cum qui. de præbend. lib. ſexto. & quando illicitus contractus erit iudicatus in vtroque foro, talis debebit reputari, poſtquàm in concernentibus peccatum ius ciuile cedit iuri canonico. glo. vulgata in regula poſſeſſor. de regu. iur. lib. ſexto & in. c. ij. de arbitr. lib. ſexto. Et quòd iſte talis contractus in quacunque perſona in ſe contineat peccatum, firmauit Ioan. Cald. in. c. nauiganti. infrà de vſur. & do. Abb. in. c. primo. ſupra eod. & in præallegato. c. in ciuitate. & in alijs locis infra allegandis, in quibus variè loquitur ipſe do. Abb. id firmans aliquando verum in foro conſcientiæ tantum: aliquando etiam in foro iudiciali canonico, quaſi velit ſecus in foro iudiciali ciuili, quòd eſſet contra illas glo. proxime allegatas. vnde pro declaratione iſtius practicabilis, & difficilis articuli, pro concordia, & vera conſonantia decreui hic quatuor facere caſus, quibus mediantibus cognoſcetur veritas iſtius paſſus, nulla facta perſonarum di-
18 ſtinctione. ¶ † Primus caſus ſit, quando ſciens quis iuſtum pretium offert aliquid vltra, quia cum tunc eſſet deceptio legitima, ille talis retinet illud quod vltra donatum eſt. argumento. l. campanus. ff. de oper. libert. facit. l. cum donationis. ff. de contrahen. emptio. vbi dicitur, quòd ſi donationis cauſa quis vendidit pro modico pretio, non auditur volens venire contra voluntatem. ita firmant in. c. primo. ſupra eodem. Imol. & do. Abb. ducti ſolum. argumento. c. ſcienti. de reg. iur. libro ſexto. ex quo ego notabiliter infero, quòd reſpectu vendentis rem ſuam, ſi intra dimidiam iuſti pretij decipiatur, nullum eſt proditum remedium, etiam de iure canonico: conſequentia patet propter. l. quiſquis. C. de reſcinden. vendi. vbi probatur, quòd

quis præſumitur ſcire valorem rei ſuæ, coniuncto aſſumpto iſtius primi caſus, quia ſciens videtur donare. procedit ergo iſta diſtinctio ſciet, vel ignoret in vendente rem alienam, vel in emente qui decipitur in pretio: quod puto diligenter notandum. Limito tamen iſtam concluſionem ſingulariter ſecundum Bald. in. l. ij. C. de reſcind. vend. non habere locum in muliere minore, & ruſtico, in quibus etiam ſi detur ſcientia valoris rei non liberalitati, ſed facilitati eorum imputandum eſt, ita fiat materiam Imo. in. c. cũ cõtingat. de iureiuran. & iſtam credo veritatem, intelligendo tamen & declarando, quando iſtæ perſonæ non eſſent ſagaces, quia tunc in eis eodem modo præſumeretur donatio, ita firmat do. Anto. in. c. quia plerique. de immuni. eccle. vbi do. Abb. x. col. in fi. dum loquitur de iuuene parum ſagace. & ſatis ſentit Bald. in. d. l. ij. dum dicit idem in ruſtico, qui verè ruſticus eſt opere, & conuerſatione, licet do. Andr. in. c. raynaldus. de teſt. in. xiij. ſol. in. ij. col. propter gl. l. iuris ignorantia. la. ij. ff. de iur. & fac. ignoran. dubitauerit de dicto Bal. in. d. l. ij.

19 ¶ † Secundo limito iſtam cõcluſionem nõ procedere in eo qui ductus neceſſitate vendit, vel emit, licet ſciat verum valorem rei, quia non eſſet tutus recipiens aliquid iſto capite, ita ſenſit mirabiliter do. Anto. de Butr. in. d. c. quia plerique. & Abb. ibidem. x. col. ibi, dum dicit, donauit exactus. facit quod do. Fely. dicit in. c. dilectus. il. j. de ſimo. quod ſatis ſuadetur ratione cum in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. glo. in verbo liberaliter. in. c. relatum. de præbend. facit tex. in. l. j. & quod ibi Barto. ff. de donatio.

20 ¶ † Tertio limito iſtam cõcluſionem non procedere in prodigo vendente. ita do. Anto. de But. in dicto. c. quia plerique.

21 ¶ † Secundus caſus principalis eſt, quando dolus daret cauſam deceptioni, vel incideret, quia tunc certum eſt, ꝙ contra talem deceptionem competit remedium. l. elegãter. & ibi no. ff. de dolo. & in glo. c. noſtri, vbi dicam, tunc enim non poteſt præſumi donatio poſtquã doloſè inductus eſt: & iſto caſu dato quòd nulla exceptio inter fuiſſet, volente tamen inducto per dolum contractus reſcinderetur, vt not. in. d. l. eleganter. nam nullitas, vel reſciſſio contractus cauſat in fauorem dolum paſſi. Abbas hic fi. colũ.

22 in princ. ¶ † Tertius eſt caſus principalis, quando deceptio eſt facta re ipſa tantum ſine aliquo dolo propoſito contrahentium

tiũ, quo caſu intelligenda ſunt omnia iura dicẽtia licitum eſſe contrahentibus ſe adinuicem decipere vſque ad dimidiam iuſti pretij. & iſto caſu conſeruantur iura ciuilia, quæ id firmabãt in deceptione conſiſtente re ipſa tantum ſine dolo, vel propoſito ipſarum partium. & ita procedant glo. canonicæ, &.c. noſtrum. ex ſenſu contrario. & quod dicit do. Abb. in fi. iſtius ſecundi nota. nulla facta diſtinctione perſonarum, ita Ab. no. poſt Cald. in. d. c. in ciuitate. de vſur. & in. c. cum cauſa. de teſti. vbi ſcribentes iſtam concluſionem, adeò putant veram, quòd etiam ſi iſte talis re ipſa decipiens ſciat, poſtea maiorem valorem rei iſta ſuperuenientia ſcientiæ non conſtituet eum in mala fide, ita Fran. de Arc. not. in. d. c. cum cauſa. quia poſtquã ſemel dominium ſine peccato translatum eſt, licet ſuperueniat ſcientia rei alienę non obligatur reſtituere à ſimili præſcriptionis ſemel completæ: quia ſuperuenientia malæ fidei eam non vulnerat, vt eſt communis opin. canoniſtarum in. c. vigilanti. de præſcript. poſt glo. ibi, licet contrarium, & male iudicio meo firmauerit. do. Abb. ꝓprie loquens in iſta quæſtio. in d. c. quia pleriq;. x. col. in prin. quia argumento præſcriptionis, de quo ſupra reſponderi non poteſt. obſtat tamen huic tertio caſui tex. in. l. ſi quis cũ aliter. ff. de verbo. obliga. & qđ ibi not. dicitur enim ibi, quòd deceptio re ipſa, & doloſa ęquiparãtur, & per illum tex. ita firmat do. Abb. in. d. c. quia plerique. & in. c. quintauallis. de iureiuran. & in. c. per tuas. de donat. in. ij. col. ergo ſicut doloſa reſcinderet per dicta ſuperius in ſecundo caſu, eodẽ modo debe remus dicere in deceptione re ipſa intra dimidiam, & pro ſatisfactione eius dicendum eſt, quòd deceptio re ipſa, & doloſa æquiparantur, quando deceptio re ipſa conſiſteret vltra dimidiam iuſti pretij, non autem citra, ita intelligitur, & declaratur. d. l. ſi qs cũ aliter. & ita ibi ait Pau. de Caſt. in prin. not. ita ſentit clarè do. Abb. ij. colum. in prin. infra eod. in. c. cum cauſa. & ita intelligo quod multotiens ſolet dicere Abb. per d. l. ſi quis cum aliter. dum dicit deceptionem re ipſa, & doloſa ęquiparari. Non ómitto etiam vnũ alium not. caſum, in quo non æquiparantur in præſcriptione introducenda, quia qui re ipſa alium decipit vltra dimidiam, præſcribere poſſet, ſecus verò ſi doloſè decepiſſet, quia tunc ꝑſcribere non potuiſſet, ita firmat do. Abb. in. d. c. per tuas. in. ij. col. de dona. poſt Hoſtiẽ.
23 ibi. ¶ †Quartus caſus principalis

palis eſt, in quo maior dubitatio conſiſtit, quando re ipſa interuenit deceptio ſine aliquo dolo ipſarum partium, cum ꝓpoſito tamen earum faciendi lucrum, quo caſu tenet do. Ab. in dicto.c.cum cauſa. de teſtib. talem decipientem in foro cõſcientiæ eſſe obligatum, non autem in foro iudiciali: poſt Cal. in dicto.c. nauiganti. Idem firmat Abb. in dicto.c.quia plerique. Sed in.c.in ciuitate.de vſur. firmat in foro conſcientie, & iudiciali canonico talem obligatum, quaſi ſecus in foro ciuili. quod etiam ſatis ſentit S.Thom. ſecunda ſecundæ. in tractatu de iuſtitia. Sed Franc. de Are.in dicto.c.cum cauſa.de teſtib. firmat talem decipientem in vtroque foro ſecurum, quia ſibi ſemel dominium fuit acquiſitum. argumento.c.non ſanè. xiiij.q.v. quod cap. not. inducit ponderando, quòd ibi dicitur, quòd ſi officialis qui non habet ſalarium, permittente conſuetudine exigit, ſiue extorquet pro miniſterio ſuo immoderatè, ideſt vltra debitum magis reprehendendus eſt, qui repetit, quàm qui accipit. & ſic concluditur, quòd non tenetur ad reſtitutionem. præterea ponderat rationem tex. dum dicit ibi Auguſti. quòd iſta tolerantur, quia per tales perſonas multum ſubuenitur neceſſitatibus actuum humanorum, quod ſecus eſſet, ſi iſtud non permitteretur, quaſi dicat, quãuis lucrum ſui ratione ſit turpe, quia lucrum, quòd plus iuſto appetitur turpe eſt, vt in.c. primo.infra ne cler. vel mona. tamen propter bonum commune fit, vt turpiter agens non arctetur reſtituere, & hoc arbitratur ſenſiſſe iuriſconſultos, & imperatores in legibus in principio adductis. pro cuius comprobatione poſſet optime adduci, quod prolixè dicit Per. de Ancha.in.c.peccatũ. de reg.iur. lib.ſexto. in quarta concluſione principali. poſſet etiam talis ratio allegari; propoſitum in mente retentum, nihil operatur.l.ſi repetendi. C.de condi. ob cau.l.quidam cum filium. ff.de hære.inſtit. cum ſimilib⁹.

24 †Not.in.c.literaturam. de vo. & in.c.commiſſum.de ſponſa. nihilominus iſto caſu firmandum eſt contra Franc.& ſequaces, præſupponendo, vt ipſe ſatis fatetur iſtud eſſe turpe lucrum, per.d.c.j.ne cler.vel mona.quia quòd plus iuſto appetitur, turpe eſt. facit.c.quicunque.xiiij.qu.ẽſt.iii.& .c.eijciẽs. lv.diſtinct. ergo reſtituendum. argu.c.ſuam.de pœn. & not.in c.proxi.allega. Non obſtat modo, quòd ipſe Franc.dicit, quòd ſemel ſibi dominium eſt acquiſitum, quia vt ipſe dicit in tertio

tio caſu princip. requiritur, ꝙ legitimè, & ſine peccato tranſlatum fuerit dominium. quo caſu bene fatendum eſt, quòd reſtituere nõ teneatur. Sed hic tranſiuit dominium cum peccato poſtquàm fuit propoſiti, & intentionis decipiendi, licet dolum non adhibuit; Non obſtat c. non ſanè. allegatum, & ponderatum per Franc. vt ſupra, qa loquitur in caſu ſuo ſpeciali. ſ. in officiali, cui ſalarium non dabatur, cui de more licebat extorquere. quod tex. non vocat turpe lucrum, immò dicit, ꝙ nõ inſolenter accipiunt, credebant enim licere ratione conſuetudinis poſtquàm eis ſalariũ aliter non dabatur. Vel ſecundo dico, quòd loquitur ille tex. in perſona ſagace, vel diſcreta, quę præſumitur donare, quòd vltra debitum dat. ita do. Abb. poſt Ant. de But. declarat in. d. c. quia plerique. in. x. col. Vel
25 ✝ tertio dico, quòd procedit ille tex. in iudicibus, qui valde neceſſarij ſunt reb⁹ humanis. quæ ratio ceſſat in contractibus qui communi partium vtilitate introducti ſunt, vt. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. Bar. in. l. quòd nemo. ff. depoſi. quod non eſſet ad partium vtilitatem, ſi vna partium lęderetur. Nec obſt. ratio. d. c. non ſanè. ponderata per do. Fran. per quem vult, ꝙ licet ſit turpe lucrum, tamen pp vtilitatem totius generis humani toleratur, quia reſpondeo & dico cũ ſupportatione tanti viri, ꝙ pro nulla re mundi licet turpiter agere. vulgato. c. ſuper eo. de vſu. dixi copioſè in. c. bona fides. ſupra depo. pp glo. xiiij. diſtin. in ſum. commendatam ibi p Abb. per quam concluditur per oẽs, ꝙ quis etiam venialiter peccare non debet, vt alius mortaliter non peccet: q̃to ergo magis non erit curanda communis vtilitas. Procedet. n. inductio do. Franc. iure ciuili conſiderato à ſimili præſcriptionis approbatę ab eodem iure, licet cum mala fide, cui tñ ius canonicum minime aſſentit. c. ſi de præſcrip. Non obſtat quod vltimo dicebatur de propoſito in mente retento, quia fateor in foro iudiciali, ꝙ nihil operatur, ſed in foro pnĩali dico, ꝙ valde operatur. tex. eſt, & ibi Inn. in. c. cõſuluit. de vſur. vbi Io. de Ana. in. j. col. facit. c. cõmiſſum. & ꝙ ibi Abb. in prin. de ſpon. & iſto modo ſaluo Abb. in locis, in q̃bus dicit in foro conſcientię obligari, licet aliud ſenſerit in. d. c. in ciuitate. quę ibi intelligo, qñ de ſuo propoſito conſtaret. arg. notatorum in. c. literaturã. de vot. & tunc dico etiã in foro ciuili teneri, qa qñ in aliqua re verſatur peccatũ, puidet ius canonicũ, nõ ſolũ in foro cõſcien-

tiæ,ſed etiam in vtroque foro iudiciali.c.fin. de præſcript.ita Abb.in.c.cum cauſa . de teſtib. quo caſu certum eſt legem ciuilem cedere canoni, vt ſuperius tetigi,propter quod venit Abb. reprehendendus in.d.c.in ciuitate.dum voluit facere differẽtiam fori iudicialis canonici à ciuili, ex quibus manet diſcuſſus iſte paſſus melius quàm alibi, & ſuſtentabilis manet iſta concluſio in iſto vltimo caſu, quòd deceptio re ipſa citra dimidiam,ex propoſito tamẽ,eſt reparabilis in vtroq; foro,ſi de deceptione conſtat aliàs in foro conſcientiæ ſolum.
26 ¶ † Tertio not.do.Abb.quòd ineptitudo libelli poteſt opponi, etiam poſt ſententiam,& in hoc dicit eſſe tex.notabilem, quod intelligit,quando talis eſt ineptitudo libelli, quæ non concludit ius agendi,nec ſuper eo ſententia recte firmari poteſt, ſecus dicit, quando libellus eſſet ineptus ex nimia generalitate, ad hoc quod legitur, & not. in.c. abbate.de re iudi.lib.vj.duo ex iſto notabili eliciuntur.Primũ, quòd ineptitudo, ſuper qua ſẽtentia recte formari non poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam poteſt opponi.Secundum ineptitudo libelli , ſuper qua ſententia formari poteſt, non obſtat parte non opponẽte.Veniendo ad primum,quòd omnes ſcribentes firmant, vt ſingulare dicẽdo,quòd ſententia talis,quæ ſequeretur dictum libellum nunquam tranſiret in rem iudicatam, neque iudex appellationis poſſet eam reformare. ita hic Anto. de But.Pet.de Anch.& Abb.fi.not. ita Ange. de Are.in.§.appellantur. Inſti. de except.in antepen. col. omnes per tex.in.c.noſtro.de quo exclamat Ancha.in clem.cum à repulſione.de appell. qui dicit, quòd dominus ſuus Bal. multotiens iſtum tex. ad hoc not. vt hic etiam Andr.v.colum. & vt poſſum ex eorum dictis percipere, nulla alia ratio eſt,niſi quia proceſſus eſt nullus,& ſic iudicium nullum , quia vbi fundamentum deeſt, nihil poteſt boni ædificari.c.examinata.de iudi. Fely.in.c.quoniam contra. de probat.in.xiiij.col.quod ſatis voluit glo. inſtit.de obliga. iudicium.ſ.eſſe nullum formatum per incompetentes actiones.ita videtur probare tex. ſecundum Bal. ibi in.l.fina.ff.de libe.& poſtu.ibi nihil agit,& in.l.fideiuſſor. in.§.fruſtra.ff.de neg.geſt. vbi idem Bal. & in.l. niſi.ff.de tute. & rati. diſtra. & ita per iſta firmat And.in.c.prudentiam.de off.deleg.v.col.&
27 Io.de Imo.† hic, licet iſta non inducat,in vij.col.quòd ſi ita ẽ, quòd proceſſus ſit nullus,non eſt admiranda iſta ſingularitas, quia

quia certum eſt quandocunque poſt ſententiam nullitatis exceptionem opponi poſſe, ſecundum glo. magiſtram. & not. in .l.j.C.de iur. & fac.igno. patet per totũ tit.ſi à nõ compet.iud. & in tit. quãdo prouo. non eſt neceſ. & in.l.licet.C.de procu. Sed tenendo contrarium videtur, quòd proceſſus, ſeu iudiciũ non ſit nullum, & quòd ſentẽtia eodem modo ſit aliqua, ꝑut ſtatim probabo, erit difficile videre, quare poteſt iſta exceptio proponi poſt ſententiam obſtãte ſecunda concluſione ex dictis Abba. habita in iſto tertio notab. quod autem proceſſus fuerit aliquis i cap. noſtro, demonſtro ratione ſententiæ, q̃ fuit aliqua, ex proceſſu enim nullo certè ſententia aliqua validè formari non poteſt.c.at ſi clerici.cum.c.examinata.ſupra de iudi.quod autem hæc ſententia valuerit, dupliciter demonſtro. primo ponderando tex. noſtrum, dum dicit ſententiam ipſam, tanquam iuri contrariã irritantes, pondero verbum irritantes, quòd cum ſit priuatiuum, præſupponit habitũ, hoc eſt validitatem.l.decem.de verbo.obliga.c.ad diſſoluendum. de deſpon.impub.tex.eſt apertus cum glo.not.in verſi.caſſauimus.in.c.accedens.el.j. vt li.
28 non conteſta.vbi dicit glo. † ꝙ illud propriè dicitur caſſari, vel irritari, quod alias tenet, quam communiter doct. ſequuntur, quod miror conſideratum nõ fuiſſe. Secundo, quòd iſta ſentẽtia valuerit, & per conſequẽs proceſſus oſtendo clarè, præſupponendo quòd iſta ſententia ſolum habuit vitium erroris intelligentiæ. l.ij. C.de reſcind.vend. vt patet, quo ſtante ſuccedit vna alia regula communiter ab omnibus approbata, quæ habet, quòd ſi iudex ferat ſententiam, fundando ſe ſuper aliqua lege, quæ non facit, ſententia non eſt nulla, ex quo aliter non expreſſit errorem, ita voluit Innocen.in.c.cum ex officij.de præſcript.vbi Abb. & Fely.xiiij.col. in fi. poſt Ludo. Ro.ſingulari.xlvij. & poſt Marianum in.c.illa.de accuſ.idem proprius firmat Abb.ij.colũ.in c.j.de reg.iu. & .iij.col.in prin. vbi dicit, quòd quando ſententia eſt lata contra ius habito reſpectu ad merita cauſæ, vt in caſu noſtro, valet ſententia, niſi error fuerit inſertus in ea, ponit exemplum in eo qui ꝓnuntiaret teſtamentum alicuius valere, de cuius ætate diſputabatur, & diceret pro ratione, quia minor quatuordecim annis teſtari potuit, tunc non valeret ſententia ꝓpter errorem expſſum, ſed ſi illud non dixiſſet bene valuiſſet, & ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, vulgato.c.

to.c.cum in te. de re iudi. &.l. cum prolatis.ff.eod. Idem dicit ſi diſputaretur de alicuius electione, & iudex pnuntiaret electionem validam, quia ſuſpenſi eligere poterant; ſententia erit nulla propter iſtum errorem expreſſum non aliàs. ita ergo dicamus in pposito noſtro, qa cum iudex, de quo ĩ cap. noſtro errando circa.l.ij.C.de reſcind. vend. compellendo præciſè ad rei reſtitutionem, quod erat in facultate ipſius emptoris, cum aliter errorem non expreſſerit in ſententia proceſſus valeat, & teneat. quod vt dixi ſatis aptè tex. hic hoc probat, qui in futurum adduci poterit, vt not. ad probandam illam doctrinã de iudice errante in legis, vel canonis intelligentia. fuiſſet enim hic ſententia nulla, quando decanus condemnaſſet fratres ad reſtitutionem, dicendo, qa venditore patiente enorme damnum emptor compellitur rem reſtituere, quòd cum in propoſito non fecit, ſed ſolum condemnauit ad rei reſtitutionem male intelligendo, ſentẽtia tenet mero iure. quod eſt ſingulariter not. contra iſtam communem opin. de qua ſupra, & fortè propter ea Papa dicit ſententiam irritandam, tanquàm iura c ntrar a. nõ enim ſimpliciter iuri contrar a, ſed tanquã poſtquàm error non fuit expſſus, & per iſta redditur difficilis iſta concluſio Abba. & aliorum communiter confutata eorum ratione, ſcilicet nullitatis poſtquàm proceſſus probatus ẽ aliquis, & ſententia aliqua. † Nõ obſtant iura ſuperius adducta poſt Bald. pro communi opin. quia neceſſario non probant propterea de nullitate proceſſus: dictiones enim illæ intelliguntur parte opponente. arg. c.abbate.de re iudi.iunctis not. in.c.ij. de lib. obla. facit glo. no tab. in.c.i. de re iudi. lib.vj. idẽ ſentiens in ver. fruſtra. Immò poſſet fortius attentari, quòd etiam ſi aliquo iure caueretur proceſſum eſſe nullum formatum ſuper inepto libello adhuc in iſtis concernentibus merum fauorem ipſarum partium, intelligeretur ipſis opponentibus, alias tacite renuntiaſſe viderentur iuri ſuo, ita firmat ſingulariter do. Abb. in.c. fina. in .§.j. in ſecundo not. ſupra de offi. deleg.a. cuius dictum pro nũc non affirmo, quia repugnantia eſt, & glo. & docto. vt facile videri poteſt per Dom. in.c. ſtatutum. in.vj. & xij. col. de reſcr. lib.vj. & per do. Fel. in fi. ij. col. in.c. tuis. de teſt. & per ſcribentes in.l. filio præterito.ff. de inoff. ſup. & irri. teſt. Satis mihi eſt, quòd in propoſito nullibi reperitur, quòd pceſſus ſit nullus, immò probatum eſt contrarium.

31 trarium. †Quare ergo iſta exceptio potuit opponi poſt ſententiam, ſi dicas fuit appellatũ, non conſtat, & dato quòd conſtaret, certum eſt, quod in cauſa appellationis opponi nõ poteſt, niſi quòd in cauſa principali opponi poterat poſt litis conteſtationem. not. in .l. ita demum. C. de procur. do. Abb. in. c. in noſtra. eod. tit. Sed iſta exceptio debuit opponi ante litis cõteſtationem, vt probabo infra in declaratione ſecundæ concluſionis. augetur difficultas, quia non opponendo exceptionem contra iſtam ineptitudinem, quando petebatur præciſè rei reſtitutio, cũ iſtud principaliter reſpiciat fauorem ipſius partis, videtur per ipſam partem de iure ſuo non opponentem renuntiatum iuri, vt proxime probatum fuit. Quid ergo dicendum in iſta difficultate, dico aduertendum, quia credo, quòd alia fuerit ſingularitas illius cap. quam doctores huiuſque crediderint: dico enim vt in alio ꝓpoſito in iſto cap. dixi, quòd ineptitudo, de qua in iſto cap. non fuit, eo quòd petebãt canonici rem reſtitui ſimpliciter, ſed fuit, quia petebatur contractum pronuntiari nullum, & per conſequentiam petebant rem reſtitui, quo habito præſuppoſito conſtat, ꝙ hic fuit ineptitudo per partes non remiſſibilis, quia cum petebant contractum pronuntiari nullum, quòd à poteſtate partium non pendebat, meritò taciturnitas in non opponendo, vel in non appellando ab oppoſitione non admiſſa, non eſt in conſideratione. arg. l. nemo poteſt. ff. de lega. j. & tex. cum ibi not. in. l. ij. C. commu. vtri. iud. quam optime gloſſauit Fely. in c. ſignificaſti. de fo. competen. dum ſingulariter ꝓbat illa lex, quòd ſententia nulla partium conſenſu, non poteſt aliqua effici, vt ſententia: eodem modo dicamus in propoſito noſtro, quòd ſententia aliqua conſenſu partium, non poteſt nulla effici, vt ſnĩa, ſi contrariorũ eadẽ ẽ diſciplina. vñ ſingularitas iſtius cap. cognoſcetur modo in hoc ꝙ ineptitudo ꝓcedens ex vitio non remiſſibili per partes, poteſt quandocunq; opponi etiã poſt ſnĩam. arg. notatorum ꝑ Abb. in. c. iurauit. de proba. vbi ad hoc, vt ſententia tranſeat in rem iudicatam multum conſideratur, vtrum quòd in iudicio deducitur, ſit per partes remiſſibile. idem Abb. habet iſtam cõſiderationem, vt ꝓceſſus valeat. in. c. fina. §. j. de offi. dele. col. j. & iſto capite dico iſtam ſententiam, licet validam nunquam tamen tranſiuiſſe in rem iudicatam, quia vt dixi, nõ erat ꝑ partes remiſſibilis exceptio, quarum

rum partium remiſſio ſola operatur tranſitum in rem iudicatam.c.cum inter. &.c.quo ad conſultationem.ſupra de re iudi.l.ad ſolutionem.C.eo. licet Fely.credo inaduertenter in.c. ex parte.el.ij.de offic.delega.in vij.col.dicat admittendam exceptionem ineptitudinis poſt ſententiam etiam ſi tranſeat in

32 rem iudicatam. † Si enim in rē iudicatam tranſiret ius partes faceret.d.c.cum inter. quia tūc præſupponeretur exceptio remiſſibilis, quod eſt falſum, vt proxime probatum eſt. Et iſto modo declaratur tex. in.c.abbate.de re iudi.in vj.vbi ſponte fuit receptus libellus in re per partes remiſſibili, merito iudicium valuit, & ſententia quæ ſequebatur.facit glo. ver.ſed venire.in.c.cum eccleſia. de cau. poſ.& proprie. manet ergo cōcluſio perpetuo menti tenenda,quòd ineptitudo libelli poteſt ſuper poſt ſententiam opponi, quando erat per partes irremiſſibilis, alias ſecus qa vt dixi in ſecunda cōcluſione iſtius notabilis, ſuper ea poteſt ſententia formari, poſtquàm pars ſe non oppoſuit, & dicto dictā concluſionem declarando, ꝙ debet ſe opponere ante litis conteſtationem,per tex. in.l.ſi quis ſtipulatus fuerit.x.in mel le.ff.de ſolu.qui proprie loquitur,quando vnum eſt in obligatione,& aliud in ſolutione, facit etiam tex. in.d.c.abbate. cū ibi not.& in.l.fin.cum ibi not. de anna. except. & in.l.j.ff.de eden. & in.l.edita. C.eo.tit.de eden. ita Ange.de Are.in.§.appellantur. Inſtit.de except.antepen.col.do.Abb.in prin.c.ij.

33 de lib.obla. † Aduertatis tamē modo cum diligentia, quia iſta quæ de nouo proxime dixi,intelligo præſupponendo, quòd in iſto cap.aliqua fuit ineptitudo libelli, vt ſimpliciter doctores credunt.Sed ſi tenere volumus, quòd hic nulla fuerit libelli ineptitudo nullum eſſet inconueniens, & tunc defendi poſſet alio capite opin. docto. volentium, quòd propterea in iſto cap.fuerit vitium in ſententia,quia decanus pronuntiauit vt res reſtitueretur,eam ſtatim canonicis adiudicando, nō obſtantibus in contrarium ſuperius per me adductis, pro cuius intelligentia præſuppono, ꝙ quando vnum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione ex legis diſpoſitione, put eſt in cap. noſtro, vt clarè in fi. demonſtrabo,tunc durat facultas ſoluendi, etiàm poſt ſententiam, donec fuerit victus conuentus ſuper actione iudicati, vt in.l. miles.in.§.decem.ff.de re iudi. & in.l.item veniunt.§.cū prædiximus.ff.de pet.hære.& voluit Bar.ſingul. in.l.ſtipulatio-

nes

nes non diuiduntur. vlti. fol. verſi. nono reſtat videre ibi, iuxta prædicta de verbo. oblig. & iſtud credas non ratione ineptitudinis libelli, ſed ex natura cauſæ, quia illa facultas ſoluendi durat donec exactus fuerit. vnde in iſto cap. quia adiudicata fuit poſſeſſio ſiluæ canonicis, mittendo eos in poſſeſſionem, & per conſequens fratres fuerunt priuati poteſtate ſupplendi pretium, fuit ſententia irrirata mediante eorum appellatione, aliàs tranſiuiſſet in rē iudicatam, per ea quæ ſupra dixi in exceptione remiſſibili per partes, ſecus quando vnum eſſet in obligatione, & aliud in ſolutione ex diſpoſitione hominis, vt puta, debes mihi decem, & promittis ea mihi dare in mele, vel in fruméto, certe decem ſunt ī obligatione, & mel, vel frumentum in poteſtate ſoluendi, nam tunc illa facultas ſoluendi durat vſq; ad litis cōteſtationem, vt in. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolu. & in. l. ſi inſulam. ff. de verb. obli. ita firmat Bart. in d. l. ſtipulationes non diuidun tur. quem commendat Matheſil. ſuis not. in vlti. fol. & ſecundum iſtum vltimum caſum ꝓcedere poſſent quæ in contrarium ſuperius adduxi. & iſta dico perpetuo menti tenenda ꝓ declaratione cap. noſtri, quia apertè demonſtrant ſententiā hic non fuiſſe nullam, immò nec uiſſet irritata iſ o capite, ſi ſim; lic ter d xiſſet rem reſtitui, ſed quia pronuntiando negab. t in facultate fratrū eſſe ſupplere iuſtum pretium; nec eſt hoc diuinare, ſi ratio pontificis aduertatur, dum dicitur hic in tex. quia in arbitrio &c. nec alio modo poſſet iſte intelle-
34 ctus defendi. ¶ † Vlt mo no. Abb. quod in cauſa appellationis, vel iudicio nullitatis ſuperior iudex non reformat ſententiam inferioris, ſed ſimpliciter eam pronuntiat nullam conſtito de nullitate, nō reformando illam, dando emptori arbitrium, ſupplendi iuſtum pretium, vel rem reſtituere. qđ dicit eſſe contra ea quæ ipſe dixit in. c. cum Ioannes. de fi. inſtru. & contra ea quæ Bar. in. l. ſi expreſſum. ff. de appella. Sed dicit iſtum tex. procedere, quando proceſſus ex toto eſt null', ſicut hic erat propter ineptitudinem libelli, dum petebatur alterum præcisè ex duobus alternatiue obligatis, ſecus vbi proceſſus valuiſſet, & ſententia fuiſſet tamen nulla, vel iniuſta, quod dicit bene notandum, & infert, ꝓut hic per eum videas, infero ex eius dictis talem concluſionem, ſententiam nullam ex proceſſu nullo ſuperior nō reformat, ſecus in ſentētia nul-

la

la, proceſſu tamen aliquo exiſtente, ex iſta concluſione manifeſtè colligitur intentio Abba. affirmantis proceſſum nullum, & iudicium nullum in .c. noſtro. & ita omnes firmant poſt Io. And. Sed vt dixi in ſuperioribus falſum eſt, & notab. Abb. ſuper falſo fundamento formatum eſt. Quapropter eius difficultatem facillimè reſoluo, qđ hic propterea Papa non reformauit ſententiam Decani, quia nec reformaſſet, dato quòd canonici alternatiuè petijſſent. quod eſt de directo contra illationem Abba. probo aſſumptum, quia reformatio fuiſſet inanis, & vacua, poſtquàm fratres petebant rem rem reſtitui, qua fuerant ſpoliati. conſtabat enim de eorum intentione, ꝙ volebant rem præcisè, & ꝑ conſequens nolebant eam retrodare, & recuperare prętium, quòd dederant, ſed immò potius ſupplere iuſtum prętium, ergo fruſtra Papa feciſſet illam reformationem, non ergo reformauit, quia nullus fuit proceſſus; ſed quia fuiſſet inutilis reformatio poſtquàm cõſtabat de intentione partis, vnam ex alternatiuis eligentis, quod tene menti, quia eſt veritas, cui nihil repugnat, immò concordat tex. noſter, dum circa finem reſeruat canonicis ius circa deceptionē pretij, quia ipſi neceſſario petēt ſuppleri iuſtum pretium, neque in alio ſenſu bene illa clauſula ſonaret, quod menti eſt tenendum. ¶ †Capio glo. primam quam ſatis expediui in prima ratione dubitandi. ex vltima tamen ſolutione Abba. in quæſtione, quare hic Papa non pronuntiauit contractum nullum ex defectu conſenſus capituli elicio vnum, quòd non ſufficit aliquid allegare, niſi allegatum probetur, vt eſt tex. iuncta glo. in.c.j. de præſcrip. lib. vj. & bona glo. fin. in clem. j. de reſti. in integ. & in. l. j. ff. ſi quad. paup. fec. dica. & in. l. ij. in fi. C. quod met. cau. optima glo. in. c. poſt electionem. de conceſſ. præbē. Io. de Anna. in. c. cum dilectus. de accu. dc. Alex. pen. fol. j. col. in. l. ſi prius. poſt glo. ff. de no. ope. nun. Adduco pro hoc meliorem tex de iure cum glo. ſuâ in. c. non eſt. de conſuet. lib. vj. vbi dicit do. Domi. in tantum hoc eſt verum, quòd etiam ſi ſtatutum diceret, quòd ſtaretur allegationi alicuius deberet intelligi, & probatione. arg. tex. ibi, quod eſt bene notandum, circa quæ vidēdus eſt And. poſt Bal. in. c. quæ in eccleſiarum. ſupra de conſtitut. arg. tex. ibi, & Ang. de Are. in. §. eadem. Inſti. qui. ex cau. ma. non lic. aduertendum tamen pro intelligentia, quia multotiens in iure facta allegatione, concurrit iuris

prę-

pſumptio; qua mediãte non eſt opus alia probatione, poſtquã ipſa eſt certa probatio .l.licet. de leg. j.l.de tutela.de in integ. reſtit.mino.exempli gratia, ꝓbato dominio, vel poſſeſſione de præterito facta allegatione de præſenti ſine alia probatione, ſufficit. legitur, & not. in.l. ſiue poſſidetis.C.de probat. & in.l.certum. poſt glo.ibi no.in .§. j.ff.de confeſ. per Abb. poſt Ant. in.c.cum ad ſedem. de reſtit.ſpol.& in.c.olim.el.iij.eo. tit.vel pone exemplum ſecundo in bona fide,quam allegare ſufficit, regulariter loquendo, ſecundum Bal. in.l.ſi ſuper.C. de longi.tempo.præ. & exclamat Fely.in.c.cum ordinem.de præſcrip.in antepen.colũ.& in c.afferte.de pręſumptio.col.ij. Tertio patet in legiſlatore aliquid allegante, quia ſine alia probatione ſtatur tali allegationi. Bart.in.l.admonendi.ff. de iureiuran.Ang.de Are.in fi. Inſtit.de legi.paren.tut. & do. Franc.v.col.in.c.ij. de probat. Et ſecundum iſtam aduertentiã intelligendam puta glo. not.licet vulgatam in cle.appellanti. de appella. & tex.in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem pollioni.ff.de adulte. dum dicunt ſatis eſſe allegare notorium,li-
36 cet non probetur. ¶ † Capio modo ſecundam glo.in ordine quæ licet per Abb.& alios communiter non legatur, tamẽ notanda eſt, quia probat,quòd ad cognoſcendum verum valorẽ alicuius rei attenditur tempus contractus,ita probat tex. noſter hic, ibi,dum dicit tunc. tex. in.l.ii.C.de reſcinden.vend. & tex.in.l.ſi ea lege.C.de vſur.& in.l ſancimus.in.§.fin.de don. & tex.quem ibi Abb.commendat in.c in ciuitate.de vſu.& in c.cum cauſa. ſupra de teſ.ib. ibi do.Fran. de Are. in princ.dicit non ſolum tempus contractus conſiderandum, ſed aliquod tempus ante, & poſt, ſecũdum Barto.in.l.pretia rerum.ad leg. falc. nec ſufficeret probare valorem de præterito, niſi eam probaret tempore contractus. Io. de Imo.multum not.in.c.cum cauſa.pen.ſol.infra eod. Limitat tamen ſing. Abb. iſtum tex. in iſta parte, per tex. not.in.d. c.in ciuitate, videlicet,quando dilatata fuiſſet ſolutio pretij,& dubiũ eſſet ſolutionis tpe plus, minuſúe res valitura eſſet, & vẽditor aliàs tpe contractus nõ erat venditurus ꝓ valore tunc currente iſtis ergo duob' concurrẽtibus,vt ibi habetur, & in c.fi.de vſu. nõ attenditur valor currẽs tpe contractus.ꝙ Ab.ibi
39 dicit ſing. notan.† cõſiderãdũ tñ ĩ hoc ẽ, ꝙ licet vẽditore pdicta duo cõſiderẽtur.ſ.dubi'euẽtus,& ꝙ aliter vẽditur'nõ erat, in emptore tãſolũ petitur vnũ ſcili-

da eſt ipſius æſtimatio. tex. eſt not. in. c. olim cauſam. infra de cenſi. quod ibi reputat Ab. multum notandum, & menti tenẽdum, dicendo procedere generaliter ex quacunque diſpoſitione contractum fuerit debitum, ſiue in ſententijs, ſiue ratione ſtatuti, ſiue arbitri ratione quis fuiſſet cõdemnatus in certa quantitate, quia data mutatione valoris tenerentur ad quãtitatem, ſecundum tempus contracti debiti. quod etiam firmat do. Abb. in. c. quanto. de iureiuran. in pen. colũ. ex quo infert ipſe do. Abb. in. d. c. olim cauſam. Old. quem ita dicit cõſuluiſſe, quòd ſi teſtator legauit, puta centum florenos demum ſuperuixit, & mutata eſt iterum moneta, quòd ſoluendum eſt legatum ad æſtimationem, quæ erat tempore teſtamenti, quia ita teſtator ſentijt, pro hoc adducit bonum tex. in. l. vxorem. §. teſtamento. ff. de lega. iij. adduco meliorem in. l. fin. ff. de auro & arg. lega. contra quod multum facit tex. in. l. cum certum. ff. de auro & ar. lega. vbi propter illum tex. Bar. 89 dicit, ꝙ ille qui promiſit quinquaginta ducatos iã ſunt duo anni, ſoluet ſecundum præſentem æſtimationem, ſi valor mutatus eſt, & ita illum tex. ſingulariter not. Ro. ſingulari ſuo cccccxxiij. qui videtur de directo contra illum tex. in. d. c. olim. & ibi no. ꝓpter eum, poſtquàm ibi, non ſecundum præſentem æſtimationem, ſed ſecundum æſtimationem tempore contracti debiti. Pro concordia puto diſtinguendum, quia aut moneta ſoluenda non reperitur, quę erat tempore contractus, vt puta, quia fuit mutatio facta in aliam, vel perpetuo eſt illius valor mutatus, & tunc procedat tex. in d. c. olim. & ibi not. per Abb. quia ſolum debebitur æſtimatio ſecundum tempus contracti debiti, vel facti teſtamenti. arg. illius. l. vxorẽ. §. teſtamento. cum. d. l. fi. ff. de auro & arg. leg. aut moneta ſoluenda reperitur, cuius valor perpetuo mutatus non fuit, ſed potius ad tempus, vt communiter contingere ſolet, & tunc procedat quod dicit Barto. in d. l. cum certum. per illum tex. ff. de auro & arg. lega. ad iſtam concordiam me inclinat do. Abb. in. c. quanto. de iureiuran. in pen. col. vbi melius intellexit, & declarauit. d. c. olim. & licet de ſupradicto contrario per me formato nullam fecerit mẽtionem: ſatis tamen ex eius dictis iſta concordia elicitur poſt not. per Bart. in. l. paulus. ff. de ſolu. Quid autem in impetratione beneficiorum, an valor enuntiatus per ipſum impetrãtem ſi mutatus fuerit, debeat

conſiderari tempore datæ, vel tempore aſſecutionis ipſius beneficij. Dico quòd attenditur valor ſecundum tempus datæ literarum. ita Ioã.de Imo.poſt Anto.de But.in cle. fi.de reſcri. pen.fol.poſt & contra glo.ibi, quod teneas menti perpetuo. Et in iſtis beneficialibus not. vnum alium caſum ſingularẽ,
40 in.c.literis.de reſcript. † quod diſpoſitio, quæ poteſt attribui principio, vel fini, potius principio eſt tribuenda, licet principium non ſit finis neceſſitatiuum, quod ibi magnifacit do. Abb. & facilè intelligere poteris hoc dictum, ſi conſideres ꝑ ibi not. effectum literarum monitariarum, pręceptoriarum, & executoriarum, quæ diuerſitas literarum licet hodie non ſit in vſu. pulchra tamen eſt earum intelligentia propter notabile
41 ſupradictum. † Quid autem in delictis, in quibus poſſet conſiderari principium, & finis. vtrũ vnum, vel aliud debet eſſe in cõſideratione, videas tex. not.in c.fina.& ibi do. Abb. de ſen.excom.vbi conſideratur qualitas exiſtens tempore delicti commiſſi, non autem exiſtens tempore pœnæ iniungendæ, & in dictis delictis addo tex. valde notabilem in.l.quod ait. in.§. quod ait. ff.de adulte. & quod ibi Bart.vbi probatur, ꝙ quãdo principium eſt licitum in delictis, illud ſolum eſt in conſideratione: non autem finis, qui aliàs illicitus fuiſſet, quod intelligo data paritate terminorum, hoc eſt, idẽtitate territorij, aliàs potius finis eſſet in conſideratione. Vnde bannitus ab iſta ciuitate, ſi inuadatur in iſto territorio, & interficiatur in alio nõ impune interficitur, ſentit Bar. in.l.ſi cui.§. fin.ff.de accuſ. Bal. in.l.id quod pauperibus. C.de epiſc.& cle. & in.l.quicunque. C.de ſer.fug. & Ang.de Are.in lib.maleficiorũ.fol.lxj.col ũ.j. vbi Ang.in addit. ibi ſentit contrarium & male iudicio meo, quia extra territorium ius dicenti non daretur impune, ex quo ſoleo inferre ad iudicem ſæcularem, volentem malefactorem capere in loco licito, nã ſi malefactor fugiendo eccleſiam intrauerit, non poterit ibi capi, licet principium fuerit habile ratione mutati territorij, ſi eccleſia dicatur habere territorium, quod voluit glo. in auth. item nulla communitas. C.de epiſco. & cler. vel ea ratione, q̃a violenter trahendo aliquem ab eccleſia; ſatis concluditur eius iuriſdictio, licet territorium nõ habeat: quod voluit Abb. in.c. cum ſit generale. de fo.compe. in .x. col. reprehendendo glo. in dicta auth. item nulla com-
42 munitas. ¶ † Capio glo. in ver. quæſtionem. ſuper qua q̃-

rit do. Abb. quid poterant petere canonici de nouo, reſpondet, quòd poterant petere reſtitutionem in integrum, prætextu enormis læſionis, vt in. c. ad noſtram. ſupra de reb. eccle. & putat quòd licet competat remedium de iure communi, nihilominus iſto caſu poſſunt eccleſia, vel minor petere reſtitutionem. Ex dictis cuius elicitur prima concluſio, quando eccleſia enormiter læditur, poteſt petere in integrum reſtitu. beneficio ſpeciali, etiam ſi ſibi competat aliquod remedium commune. Secunda concluſio, Eccleſia decepta in contractu, reſtituitur beneficio ſpeciali, licet non probet ſe eſſe vltra dimidiam deceptam. Ex prima concluſione elicitur vna declaratio ad. l. in cauſæ. la ij. ff. de minor. quia licet ſecundum eam non ſoleant concurrere remedium ordinarium, & extraordinarium, quia extraordinarium dicitur ſubſidiarium, tamen fallit vbi pinguius ſuccurritur per extraordinarium, iuxta not. in c. ij. de in integ. reſtit. lib. vj. vbi glo. facit glo. in. l. fina. C. ſi aduer. rem iudi. quam not. d. Alexan. in. l. j. C. de carbo. edi. facit quod not. Abb. in. c. ex literis. & in. c. cum ex literis. de in integ. reſtitut. vj. col. in fi. melius tamen & ſingularius ipſe do. Abb. locutus eſt in. c. ex parte, ſupra de reſcript. vbi iſtam & multas alias poſuit declarationes ad. d. l. in cauſæ. inter quas perpetuo teneas menti vnam, quòd non concurrunt remediũ ordinarium, & extraordinariũ, quando extraordinarium eſt remedium contra ius, vt eſt reſtitutio in integrum, ſecus in officio extraordinario ſecundum ius, quia tunc bene cõcurrant inſimul, ponit exemplum in eo qui petit reuocari attẽtata poſt appellatione, quod eſt officium iudicis extraordinariũ, quia poteſt licet ſibi competat remedium ordinarium; vnde allegat Ioan. And. ſingulariter probantem in. c. non ſolum. de appell. lib. vj. & iſto modo credo intelligendum quod dicit Bar. in. l. in prouinciali. in princ. ff. de ope. no. nun. & quod Alexan. in. l. j. §. nuntiatio. ff. eod. titu. dum dicunt, quòd remedium nuntiationis noui operis, quòd eſt ſubſidiarium, & per conſequens extraordinarium concurrit cum ordinario remedio, quo mediante quis ſua authoritate propria poterat impedire nuntiationem per iactum lapilli, quod non eſt alia ratione, niſi quia illud remedium nuntiationis, licet ſit extraordinarium, non tamen contra ius: ideò meritò concurrit cum iure communi. argumento illius dicti Ioã. And.

43 † Et ideò iſto modo conſiderando illud dictum domi. Alexan. non reſoluitur ponderatio Cyn. & Bal. in.l.ſed & ſi ꝑ prætorem. ff.ex quib.cau.ma. vbi per illum tex. dicunt, poſtq̃ datur reſtitutio ei, qui propter iudicis defectum agere non potuit: ergo non eſt verum ſimpliciter, quod quis poſſit propria authoritate in defectum iudicis ius ſibi dicere, vt communiter dicitur, propter.l.ait prætor.§. ſi debitorem male intellectum. ff.de his quæ in frau.cred. quia debent concurrere qualitates dicti.§.alias non poteſt capere. defendebat do.Alexan.in.d.§. nuntiatio. communem opin. probando per ibi not. ꝙ remedium ius dicēdi propria authoritate cōcurrit cum nuntiatione, quæ eſt ſubſidiaria, & per cōſequens extraordinaria. Sed cum ſupportatione non animaduertit ipſe, quòd non eſt extraordinarium cōtra ius, ſicut eſt reſtitutio in integrum. de qua loquitur tex. in.d.l.ſed & ſi per prętorem. ex qua ſe fundant Cy.& Bal. Alias limitationes ad illam.l. in cauſæ, videas per Abb. in dicto.c.ex parte.vbi do.Fely.in fi. & vide vnam per eundem Abb.in.c.cū ex literis.in vj.col. circa fin. de in integ.reſtitu. vbi in perſonis priuilegiatis loquendo dicit, ꝙ quando ipſo iure ſunt tutę vigore remedij ordinarij, nō poſſunt intentare extraordinariū; ſecus quando ipſo iure nō ſunt tutę, vt quia debent intentare aliud remedium. l.appellationis, quia tunc poſſunt intentare remedium extraordinariū, quod tamen ſi recte conſideretur, concurrit cum prima limitatione.

44 ¶ † Venio ad ſecundam concluſionem, ex qua videtur, quòd eccleſia intra dimidiam iuſti pretij decepta, poteſt petere reſtitutionem in integrū ex beneficio ſpeciali. quod expreſsè non legitur, nec ſimpliciter credo eſſe verum, poſtquā eccleſia non reſtituitur, niſi qñ enormiter læditur.c.ad noſtrā. de reb.eccle.c.j. cum ibi not. de in integ.reſtit. vnde eſſet conſiderandum, vtrum intra dimidiam enormiter eſſet læſa. In quo videretur dicendum, quòd non, vt ſentit Pau.de Caſtro in prin.l.ſi quis cum aliter.de verbo.obl.& do.Abb.infra.c.cum cauſa.in prima oppoſi. facit.l. quiſquis.de reſcind. vend.&.§. fin. Inſtitu.de hære. quæ ab inteſt.defe. ver.paulo. iūcta glo. nihilominus, cum in iure repertum non inueniatur, quod dicatur enorme damnum. ideò de iure, & ex ſententia doctorū relinquitur arbitrarium, vt in d.c.ad noſtram. per do. Abb. poſt alios, & in.c.j.de in integ. reſtitu.& in.c.fina. de dona. &

ideò

ideò concludendum eſt, quòd
in arbitrio ipſius iudicis erit.
vtrum, & quando intra dimi-
diam iuſti pretij ſit eccleſia reſti
tuenda. In quo arbitrio ani-
maduertere multum debet ipſe
iudex, quia aliquãdo damnum
contingens quinquageſimam,
vel centeſimam partem bono-
rum dicetur eſſe enorme, vt eſt
tex. valde notab. in. c. apoſtoli-
cæ. de dona. vbi etiam do. Abb.
Idem etiam animaduertere de-
bet, quia damnum quod pate-
retur ipſa eccleſia, pateretur me
diante imprudentia alterius. ſ.
prælati, vel ipſorum clericorũ,
quo caſu minor læſio ſufficit
ad reſtitutionem habendam, vt
voluit Barto. ſingulariter, licet
ſub dubio forte in. l. ſi ſocieta-
tem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc.
de quo Abb. facit mentionem
in. c. cum cauſa. infra eod. & in
c. quintauallis. in. xvj. col. de iu
reiur. licet Bar. in ſua generali-
tate reprehendat, reſpectu tamẽ
ipſius eccleſiæ vel minoris, qñ
læduntur mediantibus procu-
ratoribus ſatis aſſentit, & ſecun
dum intellectum, quem ipſe de
nouo concepit in. d. c. quinta-
uallis. ad. l. vnde ſi nerua. cum
. l. ſeq. ff. pro ſoc. ſatis diceretur
eccleſia enormiter læſa, quan-
do in tertia parte eſſet læſa. quo
caſu ſatis poſſet petere reſtitu-
tionem, vt puta, ſi res valeret
triginta, & eam venderet pro
viginti, licet ſint diſtãtes à dimi
dia iuſti pretij per quinque. in
minori autem damno iudicis
arbitrium erit conſiderata pau-
pertate ipſius eccleſiæ per ſupra
45 dicta. ¶ † Capio modo vlti-
mam glo. & in fine eiuſdem dũ
dixit, quòd non valet contra-
ctus. eam not. Abb. in eo quòd
ponit differentiam inter con-
tractus bonæ fidei, & ſtricti iu-
ris, vt ſi dolus dederit cauſam
contractui bonæ fidei, ſit ipſo
iure nullus, ſecus ſi dedit cau-
ſam contractui ſtricti iuris, ſi au
tem dederit in contractu bonæ
fidei valebit cõtractus: ſed age-
tur ad ſupplemẽtũ reſidui. l. iu-
lianus. ff. de actio. empt. iſtam
eandem opin. firmat glo. apud
legiſtas in. l. ij. C. de reſcin. ven.
& in. l. eleganter. ff. de dol. &
iſta eſt communis opin. vt hic
refert Io. de Imo. in. iij. col. cir-
ca fi. quem ſequitur do. Abb. ex
fundamentis Barto. in. d. l. ele-
ganter. fidelius tamen recitatis
per Ange. de Are. in. §. actionũ.
in. ij. col. Inſtit. de actio. probat
enim iſtam concluſionem Bar.
inter alia vno ſingulari funda-
mento, dicendo, quòd ſi con-
tractus bonæ fidei teneret do-
lo dante cauſam contractui, ſe-
queretur quòd actio deſcendẽs
ex eodem contractu, mediante
qua dolus purgatur, daretur
contra hæredes, vt. l. ſi homi-
nem. in. §. datur. ff. depoſi. Sed

iſtud conſequens eſt falſum, qa tali caſu contra hæredes non datur actio, vt in.§.aliquando. Inſtitu.de perpe.& tempo.act. ergo clarè demonſtratur contractum eſſe nullum, & iſtam etiam firmat do. Alexan.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb. obl. poſt glo.ibi.contrariam tamen opinionem firmauerunt vltramontani, maxime Pet. de Bellapertica, vt refert Cyn.in.l.j. C.de reſcinden.vend.dicentes, quòd falſæ ſunt glo.quæ faciũt iſtam differentiam, quia dolus nunquam annullat contractũ, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, mouentur inter cætera, quia ex quo contractus habet ſua ſubſtantialia, puta conſenſum contrahentium, & pretium, debet tenere.l.dolo.C.de inutil.ſtip. .l.ſi quis cum aliter. ff.de verb.
46 oblig. †Nec verum eſſe dicunt quòd hoc caſu dolus impediat conſenſum, quia ſi hoc eſſet verum, neque valeret contractus ſtricti iuris.l.inter ſtipulãtem. in princ.ff.de verb.oblig. cuius contrarium eſt expreſſum in iuribus præallegatis. pro quibus etiam facit.l.ſi dolo. C. de reſcinden.vendi. &.l.iulianus.§. & per contrarium. &.§. ex vendito.ff.de actio.emp.vbi in cõtractibus bonę fidei dolo dante cauſam contractui, ſatis idem probatur, poſtquàm in illis legibus contractus reſcinditur.

47 Tertio † pro iſta opinione facit .l. metum.§. volenti. ff. quod met. cau. vbi tenet contractus initus per metum, licet veniat reſcindendus actione quod metus cauſa, vt legitur, & no.in.c. abbas. quod met. cau. & iſtam opinionem vltramontanorum apud nos ſequitur Io. And. qui etiam ſuaderi poſſet eleganti fundamento. Si enim contractus bonæ fidei eſſet nullus dolo dante cauſam contractui, ſequeretur, quòd ex eodem contractu dominium non transferretur.l.non dubium.C.de legi. Bart.in.l.j.§. ſi vir.ff.de acquir. poſſeſſ. vbi etiam do. Alexand. ſed conſequens eſt falſum, quia immò transfertur dominium, etiam dolo dante cauſam contractui, vt in dicta.l.eleganter. in princ.ff.de do. ergo & antecedens. Quibus tamen non obſtantibus, tenenda eſt communis opin. nec aliter dici poteſt, poſtquàm iura apertè hoc dicunt, vt probatur in dicta.l.elegãter.in princ.& apertè in.l.iij. ff.pro ſoc.& probatur ſingulari fundamento, & inconuincibili, præſupponendo, quòd liberatio regulatur ſecundum naturam contractus, cui adijcitur, quia ſi adijciatur cõtractui bonæ fidei dicitur contractus liberationis bonæ fidei, ſi contractui ſtricti iuris liberatio erit ſtricti iuris, leg. & not in.

in.l.de tutela.ff.de in integ.reſtitut.mino. probat tex.in.l.ab emptione.ff.de pact.& ita Bar. in dicta.l.eleganter. poſt prin. quem omnes docto. ſequuntur.
48 † Modo dico, quòd liberatio adiecta contractui bonæ fidei dolo dante cauſam contractui eſt ipſo iure nulla, ſecus ſi contractui ſtricti iuris, quia nihilominus valebit ipſo iure, ex quo manifeſta apparet differentia inter contractum, vel diſtractum bonæ fidei, & ſtricti iuris. primum probat tex. in.l. eleganter.§.non ſolum.ff. de dolo. ſecundum probat tex. in dicta.l.eleganter ſed melius in .l.cum poſtea.C.de pact.& iſtã conductionem not. quia confirmat multum quod dicit Bar. in.d.l.eleganter.dum dicit, ſi liberatio dolo dante cauſam, annullatur, ergo multo fortius obligatio. argumento.l.arrianus.ff.de act.& obliga. & iſtud voluit hic Abb.dicere, quando dicit de dolo dante cauſam contractui manumiſſionis, quia voluit dicere liberationis, & aliter ſecundum quòd ipſe loquitur male diceret, nec probaretur in.d.l.eleganter.. immò ꝓbaret contrarium in princ.dum de manumiſſione tex. loquitur ſecundum quod communiter ſolet intelligi per Bar. & Alex. in.l.j.§.ſi vir.ff.de acqui.poſſ. de quo infra in vltimi contrarij reſolutione. Non obſtãt modo in contrarium adducta.

49 † Primum dum dicebat Pet. q͏̃ propter dolum non impeditur conſenſus, quia conſtat quod falſum dicit, quia cum error ſit in cauſa conſenſus, videtur conſenſus adhibitus ſub conditione, ſi verum ſit illud ꝓpter qđ inductus fuit ad contrahẽdum, quòd cum ſit falſum, conſtat defuiſſe conſenſum, & ſic ſubſtantiale: & ſi dicas modo eadẽ omnimoda ratione idem in cõtractibus ſtricti iuris dicẽdum, quia cum error ſit in cauſa conſenſus, videatur ſub conditione adhibitus. Barto.reſpondet in dicta.l.eleganter. iiij. colum. dicendo, quòd ibi adeſt conſenſus, licet adhibitus fuerit per cauſam, in qua errauit, quia tamen illa cauſa eſt extra contractum, ideò non attenditur in contractibus ſtricti iuris de iuris rigore, licet de æquitate ſecus; vt in dicta.l.ſi dolo. de inuti. ſtipulatio. Secus in contractibus bonæ fidei, quia in eis habetur ratio de eo, quod eſt æquum, licet in contractu non veniret. Sed iſta ratio non ſatisfacit, quòd ſit, vel non ſit cauſa erroris extra contractum, quia ſi præſupponimus propter errorem, qui eſt in cauſa conſenſus, quod dicatur conſenſus conditionalis: eodem modo

videtur dicendum in contractu ſtricti iuris. & ita hic Ioan. de Imo. in. v. col. reprehendit Bar. & ſic videtur, quod illa cã conſenſus ſit ipſius contractus, nõ autem extra, propter quod neque placet ratio Abb. nec Imo. hic. v. colũ. quæ communis eſt, dum dicunt, quod ideò eſt iſta differentia, quia contractus ſtricti iuris iudicantur ſtrictè, & bonæ fidei, ſecundum maximam æquitatem, in quibus multa veniunt, de quibus expreſſe nõ eſt actũ: quia dico, quòd licet ſint ſtricte interpretanda, conſenſũ tamen petunt. d. l. inter ſtipulantem. & vbi a leſt conditionalis ceſſante conditione ceſſat conſenſus, & per conſequens contractus non deberet valere.

50 † Quapropter pro ratione ſingulari, & aliàs non guſtata, videndus eſt. Bal. in fi. c. j. de plus peti. vbi dicit multum not. q contractus bonæ fidei ſunt iuriſgentium, & in eis attenditur principaliter conſenſus. Sed in contractibus ſtricti iuris, cum procedãt à iure ciuili, à quo habent fomentum, ideò mero iure valent, quod declaro ideò nõ immeritò poſtquam conſiſtit ex ſuo principali ſubſtantiali. C. verborum, ſi ſticamus quod dolus qui dat cauſam contractui ſtricti iuris non annullet contractum de ſubtilitate iuris poſt quàm principalius verba, quã conſenſus in eo conſideratur, vt apertè demõſtrat tex. in. l. j. ff. de verb. obl. in prin. vbi plus verba quam conſenſus operantur, per quod ſatis ſingulariter declarantur leges inductæ. per glo. & vltramontanos, quæ loquuntur ſolum in contractu ſtricti iuris. ſ. ſtipulationis, vt patet in. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. & in. l. dolo. C. de inuti. ſtip. & in. l. cum poſtea. C. de pact. de quibus in gl. noſtra: hoc dico, vt conſideres in alijs contractibus ſtricti iuris à ſtipulatione, de qua vt dixi ſolum loquuntur leges præallegatæ, quia iſta ratio formalitatis verborum non concluderet, & per conſequens nõ eſſet abſurdum, in alijs idem præcludere, quòd in contractibus bonæ fidei, quicquid glo. dixerint ſimpliciter differentiam faciendo inter cõtractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, quod eſſet dictũ nouum, & inauditum, in quo

51 relinquo cogitandum. † Qui autem ſint alij contractus ſtricti iuris vltra ſtipulationem, patent ex præallegato ſingulari dicto Bal. & aliquid vide p glo. in. c. cum venerabilis. de excep. & per Iaſ. in d. l. cum poſtea. C. de pact. argu. tex. ibi, vbi inuenies exemplum in actione, ex mutuo, & iudicato, & in arbitrio. quod tamen dixi de ſtipulatione, intelligo, niſi eſſet adie

cta contractui bonæ fidei, quia tunc dolus dans ei cauſam eam annullaret ipſo iure. ita d. Alexan. poſt glo. & alios in.d.l.ſi quis cum aliter.in princ. Non obſtat modo id; quod ſecundo loco pro vltramontanis adductum fuit l.ſi dolo. &.d.l.iulianus.§.per contrarium. &.§. ex vendito. de quibus ſupra, qa dico inquantum in eis probatur, quod dolus dabat cauſam contractui bonæ fidei, & quod reſcinditur contractus, debet intelligi de facto; ſicut de facto proceſſit; poſtquam per alia iura conſtat contractum nullum, vt iura iuribus concordentur; ita ſentit glo. in.d.l.ſi dolo.facit in ſimili glo. in.l.ſi minor. ff.de euict.& in clem.j.ij.vt lit. pend.& videas multa in ſimili recollecta per Fely. in.c.qualiter & quando.el.i.de accuſa. in iij.fol.iij.& iiij.colū. bonus eſt tex. & ibi Franc.in.c.j. de ſup.
52 neg.prela.lib.vj.† Non obſtat, quod tertio loco dictum eſt de contractu metu inito, quia ibi ſatis adeſt conſenſus, quia voluntas coacta voluntas eſt; vt ſatis per docto.hoc declaratur. Nec obſtat quod vltimo loco dicebam pro vltramontanorū comprobatione, dum dixi, ꝙ ſi contractus eſſet nullus, dominium non transferretur &c.qa reſpondeo negando.in d.l.eleganter. in princ. fuiſſe contractum nullum, quia immo fuit aliquis; quia ibi fuit adhibitus dolus per tertium, non ꝑ ipſos contrahentes, quo caſu certum eſt; quod contractus valet, vt hic voluit glo.fin. pro hoc adducens tex. in.d.l.eleganter; quod Imo. magnificat hic in iiij.colū.in fi. vnde mirandum eſt de Bart.& de Alex.in.d.l.j. in §.ſi vir.ff.de acqui.poſ.dum dicunt, reſpondendo.d.l.eleganter. propter illud quod ibi dicitur, quod ex contractu nullo modo non transfertur dominium. quod tex. in.d.l.eleganter.vltra proceſſit; licet in princ.l.ſi quis aliter.idē Alexā. dixit, quod fuit dolus incidens in dicta.l.ideo contractus va-
53 luit. † Ego autem dico, vt ſupra dixi, quod ibi contractus fuit validus, quia dolus qui dedit cauſam, fuit adhibitus ꝑ tertium, & non per contrahētes. modo dico etiam fortius præſuppoſito, quod in.d.l.eleganter.in princi.contractus fuiſſet nullus, adhuc facilis eſſet reſpōſio, quia ſi.d.l.eleganter. debet intelligi. opponente eo qui dolum paſſus eſt, vt ibi voluit glo. & Barto.in iiij.col.& ſentit hic Abb.fi.col. tunc conſtat contractum nullum eſſe ſub conditione ſi opponat; & non ſimpliciter, & tali caſu transfertur dominium ex contractu nullo ſub conditione, ita voluit Bart.

in dicto.§. ſi vir.circa fi.allegando tex. in.l.ſub conditione.ff. de donat. &.l.dotis fructus.ff. de iu.do. & iſto modo tollitur contrarium.d.l eleganter. præſuppoſito vt dixi, contractum eſſe nullũ, & quòd ex eo transfertur dominium. præterea in iſtis contractibus bonę fidei, & ſtricti iuris nõ eſt omittendum vnum ſingulare dictum Bal. in d.c.de plus petitio.in fi vbi dicit omnes contractus de iure canonico eſſe bonæ fidei, aut ſortiuntur naturam bonæ fidei quantum ad effectum. & ideò dolus dans cauſam cuicunque contractui eſſet nullus, & ibi dicit, quòd nõ recordatur legiſſe de iure canonico differentiam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, cui⁹ dictum Iaſ. magnifacit in.l.cum poſtea. C.de pact.in.j.col.& in.l.quod te. ſi cer.peta.in penul.col. vtrobiq; tamen damnat, licet vt ſolitarium notauerit, quia dicit, ꝙ ſatis eſt, quòd de iure ciuili notetur differentia, poſtquàm non eſt materia peccati, ſeu ſpiritualis, per tex. & ibi not. in.c.j.de
54 ope.no.nun. †Sed ab iſta impugnatione Bald. poſſet facilè defendi, quia quotiens lex ciuilis fouet rigorem quendam, licet expreſsè non reprobetur ꝑ canonem, tamen talis rigor nõ ſeruatur in foro canonico. ita ꝓbat tex. & ibi Abb. not. in.c. filius noſter. de teſta.in princ. facit tex.in.c.dilecti.de iudi.ſed in caſu noſtro eſt huiuſmodi, quia in hoc lex fouet rigorem, vt probat tex. in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo.obliga.ibi de iuris ſubtilitate. idem voluit Barto.in.d.l.eleganter. in.inj. colum. & iſta defenſio iudicio meo ſatisfaceret vnicuique legenti. Sed idem Iaſon in dicta.l.quod te.alio modo reprehẽdit Bald. dicendo caſum eſſe de iure canonico in.c.cum venerabilis]. de except. ibi dum dicit tex.permutationem inter contractus bonæ fidei computari. Sed cum ſupportatione hoc ille tex.non probat, quia illa fuerunt verba partis allegantis, nõ autem legis diſponentis, & verba narratoria partis non faciũt iuris diſpoſitionem, iuxta not. per glo. in.l.vni. C.quan. non peten. par. & in.c.oblatè. de re iudi.lib.vj.cum ſimi.& ſic videtur dictum Bal.ſuſtentabile, ex quo feci alias magnum capitale pro ſingulari, & incognita defenſione. tex. communiter difficilis in.c.ſuam. de pœnis. propter tex.in.l.v.in.§. fi. ff. de verbo.oblig.cum alijs adductis in contrarium, per glo.& doct. in eod.c. Sed modo vehementer dubito dictum Bal. de iure non poſſe ſuſtineri, quia videtur mihi eſſe tex. apertum in contrarium de iure canonico

in

in.c.cũ eccleſia ſutrina. de cau. poſſ.& propriet. iuncta ſua glo. ibi enim Papa approbat expſſè ius ciuile, quo cauetur omnia venire in iudicio, de quibus nominatim dictum non eſt, ne veniãt; quam regulam ius ciuile, intelligit in bonę fidei iudicijs, ſeu contractibus, ſecus in contractibus ſtricti iuris, vt in.l. quicquid aſtringendæ.ff.de verbo.oblig.facit.c.cum dilectus. de arbit.& ita glo. in.d.c.cum eccleſia. in verſi.id venire.facit bona glo. in.c.inter corporalia. in verſi. non inuenitur. de tranſla.præla.per quod videtur apertè confundi dictum Bal. ſi ab iſto morſu aliquis eum non

55 defendat. ¶ † Item not.quòd omnis contractus factus coram principe,dicitur habere naturam bonæ fidei. ita dicit Bal. in.c.j.de pa. conſtan. in vſibus feud.quod not.Fran.de Crema in ſingula.ſuis.in.ij.fol. vnum aliud non omitto, quod licet vltima voluntas ſit ſtricti iuris, habet tamen inſtar bonæ fidei. ita Ange.de Are.in §.loca. Inſtit.de verb.obliga. in.j.col.per l.aliàs.ff.de in lit.iur.iuncta.l. in minorem. C. de in integ.reſtit. Redeundo modo ad Abba. circa inductum dolo ad cõtrahendum excipit do.Abb.inductum dolosè ad ingreſſum religionis, quia iſte talis contractꝰ ratione doli non reſcindatur p tex.in.c.dudum.de conuer.cõiu. quod tu intelligas, quando eſſet dolus, qui non caderet in prudentem virum, & hoc modo intelligatur.d.c.dudum. ſecus ſi dolus caderet etiam in prudentem virum, quia tunc non teneret monachatus. ita Imo.in.c.cum dilectus. quod met.cau.Felv.in.c.iij.de appel. quod eſt famoſum, & vnum etiam not. in iſto paſſu, quòd bona inducti per dolum ad religionem, quando propter bona fuit inductus, reſeruantur ſuis hæredibus, licet monachatus teneat. ita probat tex. in.c. conſtituit.xx.q.iij.quem commendat Abb.in.c.præterea. de offi.deleg. & in.c.in præſentia. de probatio. & in.c.in noſtra. de ſepul. & in dicto.c.dudum.

56 ¶ † Item limitat ſecundo ipſe do. Abba. non habere locum, prædicta etiam in matrimonio carnali, in quo licet dolus det cauſam contractui, nõ vitiatur contractus. allegat glo. in.l.à diuo pio.ff.de ritu nup.& eum ſequitur Alexan. in.d.l.eleganter.in ſuis apoſtill.addo glo.in c.cum dilectus. quod met.cau. quę hoc vult,& eſt ſimilis in.c. ex parte.de reſtitu.ſpolia. & in c.per tuas. de condi. appo. vbi communiter docto. ita tenent. & Bal. in.l.cum arthemidorã. C.vt in poſſ. lega. & ſolum adducit hic Abb. ſimilitudinem

ma-

matrimonij ſpiritualis, quæ cũ multis differant, vt per. R. do. Alexan. in. c. tuæ. de ſpo. ſ. alio vtor fundamento, & ad hoc §. j. xxix. q. i. qui ſingulariter diſtinguit inter errorem perſonæ, fortunæ, conditionis, vel qualitatis, quibus mediantibus quis inducatur ad matrimoniũ contrahendum, quia ſi eſt error fortunæ, vel qualitatis, vt quia diues qui pauper eſt, vel bonus qui malus eſt, doloſe aſſimatur, non vitiat matrimonium. facit quod dicit d. Alex. in fi. c. fi. de coniu. lepro. Hoſtien. in ſum. de commo. ſecus ſi eſſet error perſonæ, vel conditionis, vt qa Virgilium pro Platone capiebat, vel ſeruum pro libero, quo caſu matrimonium non teneret, pro quo adduci poſſet quod ſingu. conſuluit Pet. de Ancha. conſil. cclxxviii. patet etiam in tit. de coniu. ſer. per quæ conſtat doctrinam Abb. ſimpliciter

57 non eſſe veram. † Et ſi quiſpiã diceret vbi erratur, ibi non eſt conſenſus. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. reſpondeo poſt Archidi. in. d. §. j. quòd non eſt cõſenſus in eo, in quo erratur, ſcilicet in qualitate, vel in fortuna, ſecus ſi in perſona, vel in conditione eſſet error, quia tunc talis error impediret conſenſum, quia talis conſenſus neceſſarius eſt ad matrimoniũ, & nõ alius. ſ. qualitatis, vel fortunæ, & hoc eſt, quod voluit Bart. in. d. l. arthemidoram. dum dicit, quòd talis dolus non reſpicit eſſentialia matrimonij, & licet ab iſtis non eſſet recedendum, nec recedo; multum tamen repugnant quæ ſuperius dixi poſt Barto. in. d. l. eleganter. iuncto. c. de illis. de condi. appo. dixit enim Bart. vbi ſupra communiter approbatus. quod vbi error eſt in cauſa conſenſus ibi eſt idem, ac ſi contractus fuiſſet conditionalis, ſed ſi cõditionaliter matrimoniũ contraxiſſet, ſi vxor mille ducatos haberet, vel ſibi donaret, non valeret, niſi exiſtente conditione. d. c. de illis. ergo idem ſi dolo ab altero contrahente inducatur, in hoc cogitabis, quia diſtinctio, de qua ſupra non eſt neceſſaria, ſed ſolum probabilis, vtpote, quæ à Gratiano fuit

58 inuenta. ¶ † Non omitto famoſum dictum Bald. in. l. j. in vlt. col. C. ſi quis ali. teſta. prohi. vbi dicit, quòd dolus bonus dans cauſam inſtitutioni non vitiat inſtitutionem, ponit exẽplum in eo qui volebat turpẽ perſonam inſtituere, cuius frater ſibi perſuaſit, quòd illa turpis pſona mortua erat, vt ipsũ inſtitueret. dicit enim dolum iſtum eſſe irreprehenſibilem. quid autem de inducto per dolum malum ad hæredem inſtituendum cauſa præiudicio deſcen-

ſcendentium, vel tranſuerſaliũ. vide in. d. l. i. ſingu. per Bald. in col. fina. vbi not. glo. in. l. quotiens. ff. de hæred. inſtit. quę de Iacob, & Eſau facit mentionẽ. Inquantum Abb. hic ante vltimam oppo. dicit, quod contractus dolo initus non eſt nullus volente, & valente dolum paſſo, poſtquàm in eius fauorem hoc introductum eſt, addas in ſimili quòd ipſe dicit in. c. quẽadmodum. de iureiuran. quarto not. vbi vult, quòd licet adulterium diſſoluat ſponſalia de futuro, etiam iurata, hoc tamẽ verum eſt ſponſo volente, non aliàs. facit glo. magna. in fi. in c. j. de coniu. ſer. & in. c. ſi quis acceperit. xxxiij. quæſt. ii. facit bene glo. in. l. ij. C. de teſtib. in fi. quę teſtem domeſticum volente aduerſario admittendum concludit. facit glo. fin. in ver. biennium. in. c. potuit. de loca. vbi Abb. in vlti. not. vult, quòd volente domino, non cadet emphiteoti carius à iure ſuo, licet non ſoluerit canonem per biennium, vel licet alienauerit irrequiſito domino; & poſſet dici concluſiue, quòd generalis conceſſio in fauorem alicuius non operatur, ſi priuilegiatus velit; vnde deponens, poteſt, ſi ſi vult admittere compenſationem, licet depoſitarius nõ poſſit, poſtquàm in fauorem deponentis introductum eſt. Ita Ioan. And. & poſt eum Abb. in d. c. quemadmodum. de iureiuran. ſuper glo. in ver. tertius. vide etiam multa alia, quæ in ſimili poſuit do. Fely. in. c. fi. de iudi. in fi. vj. col. inter alia not. dictum Io. And. in. c. licet. de teſti. refert, quòd in caſu matrimoniali publicatis teſtibus poſſunt alij produci, niſi teſtes producantur contra matrimonium, item refert ſingulare dictum Pau. de Caſt. conſil. ccvj. vbi dicit, quòd iudæus non poteſt cogere quem ad vſuras poſt tempus, quo pignus poni potuit in ſortem, & ſi iudæus excipiat quòd non poſuit, quia nõ fuit ſeruata ſolita ſolemnitas, dicet debitor quòd non curat, quia fuit in fauorem eius inducta, quæ bene not.

59 ¶ † Capio modo vltimam oppoſitionem Abb. de. l. miles. in. §. decem. de re iud. vbi patet ꝙ cõtra dominum ſerui, qui damnum intulit poſſum agere præciſè petendo reſtitutionem damni, & ſic poteſt dominus ſimpliciter condemnari. Sed tamen ipſe habet poteſtatem reſarciendi damnũ, vel dare ſeruum pro noxa. Ita ergo in propoſito debuit dici. Reſpondet do. Abb. quòd argumentum procederet, tenendo opin. quorundam, qui tenuerunt rem reſtitui eſſe in obligatione, & ſuppletionẽ iuſti pretij in facultate. Sed tenendo con-

contrarium, quòd eſt verius, vt colligitur ſatis in hoc cap. & in d.l.ij.C.de reſcind. vendi. procedit iſte tex. quaſi vtrunque ſit in obligatione. Ex cuius dictis habetur iſta concluſio, venditor deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, habet obligatum emptorem alternatiuè ad rem reſtituendam, vel iuſtum pretium ſupplendum. Ex qua ſecundũ eum ſequitur alia cõcluſio magis ſingularis. Quod perempta ſpecie, in qua fuit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij agere poſſum ad ſupplementum iuſti pretij, quod not. Franc. de Crema tanquàm dictum ſingulare & valoris centum ducatorum in ſingularibus ſuis fi. colum. quod eſſet, ſecus ſi res fuiſſet ſolum in obligatione. Et ſuppletio p̄tij in facultate, quia re perempta non poſſet agi ad ſupplementum.

40 ¶ † Videamus modo quę iſtarum opi. ſit verior, & primo dum dicit Abba. opi. fuiſſe quorũdam, quod ſolum rei reſtitutio eſt in obligatione, dicas quòd ita tenuit glo. in d.l.ij.C.de reſcind. vend. quam ſequitur Cyn. Bal. & communiter legiſtæ, vt dicit Imo. in c. cum cauſa. infra eod. pen. fol. ij. col. vbi etiam dicit per c. noſtrum, communem opinionẽ canoniſtarum eſſe in contrarium, ſcilicet, quòd vtrunq; ſit in obligatione. ideò ibi dicit, ꝙ quæcunque iſtarum opin. ſeruaretur in foro ſuo. opinio canoniſtarum in foro canonico. legiſtarum vero in foro ciuili. & ita eſt repoſita inter differentias, inter ius canonicum, & ciuile differentia. ccxxvj. de quibus in rub. feci mentionem, & ſic de iure ciuili. ¶ Secunda concluſio Abb de qua ſupra nõ procederet, & ita firmat Saly. in dicta. l. ij. Io. And. verò hic, & communiter canoniſtæ dicunt, quòd tex. noſter venit ad declarationem illius difficultatis, quæ fuit apud legiſtas in dicta. l. ij. quia cum ibi dubitaretur per aliquos, an vtrunque ſit in obligatione, hic determinatur vna illarum opin. videlicet, quòd vtrunque eſt in obligatione, & certè ſi vera eſſet iſta communis opi. canoniſtarum, quam firmat Imo. vbi ſupra idem deberet dici de iure ciuili, per tex. & ibi not. in c. raynutius. de teſtam. ſi apertè contrarium de iure ciuili non caueatur, aut ſi non probatur hoc apertè de iure canonico, firmare idem debemus quod firmat communis opi. legiſtarum. nõ enim differentia inter ius. canonicum, & ciuile, debet fieri ex doctorum opinio. ſed potius ex authoritatibus neceſſarijs, vt conſtat, & not. in. c. j. de no. ope. nun. Quapropter videamus, ſi iſte tex. noſter probet

61 bet, † quòd vtrunque debeat eſſe in obligatione, vel quòd libellus fuerit nullus, eo quòd fuerit præcisè res petita, & ſic quia donatio fuit facta ad rem reſtituendam. domi. And. dicit quòd ſic, probat ex ſententia iudicis, quia talis præſumitur petitio. c. dudum. de conuer.coniu. poſtquàm ergo iudex ita condemnauit ad reſtitutionem, ergo ita petitum fuit præcisè rem reſtitui in .c. verò cum cauſa. infra eod. in antepenul.colum. Do. And. per iura ciuilia, & communem opinionem legiſtarum nititur defendere ſententiam Decani in iſto cap. inquantum condemnauit ad rei reſtitutionem, à qua condemnatione dicit, quòd fuit appellatum, & tempore appellationis fuit facta promulgatio iſtius cap. in quo certè inconſideratè loquitur, quia conſtitutio non extenditur ad pendentia per appellationem, niſi qñ conſtitutio dat modum procedendi, tunc trahitur ad pendentia, quo ad facienda, vt not. in clemen. ij. de iudi. in glo. fi. communiter approbata. cum ergo hic non dabatur modus procedendi, ſed iudicabitur de valore ſententiæ, & proceſſus, non ſecundum ius de nouo editum pronuntiari debuit, ſed ſecundum iura ante edita. quãdo enim Papa reſpondet conſultationi, vt hic fecit, reſpondet de iure glo. in. c. conſultationi. de tempo. ordi. & in. c. ex tua. de fi. presby. & facit quod dicit Ab. in ſimili in. c. ſeq. & licet poſſit reſpondẽdo ius nouum condere. hoc non facit ad præiudicium litis pendentis. ita Abb. in princ. de except. vbi Felyn in princ. not. Igitur dicta do. And. non ſunt vera.

62 † Quapropter dixi ſupra in principio iſtius cap. in penul. nota. quòd alia fuit ineptitudo in iſto cap. quàm docto. crediderint, quia non ea ratione, quòd rem præcisè petierunt canonici, ſed quia petierunt pronuntiari contractum nullum, & ita pronuntiatum fuit, & proptereà ſententia irritata eſt. & ita debet intelligi iſte tex. prout ſolus Anto. de Bu. intellexit, videns hanc difficultatem, vt ita iſtum tex. euaderet, qui aliàs ſecundum eum obſtaret communi opinioni legiſtarum, poſtquàm ſolum fundamentum canoniſtarum eſt de iſto cap. quem Anto. ſatis ſequitur hic Ioan. de Imol. viij. colum. in fine. Ego autem plus tibi dico, quòd dato quòd iſte tex. loqueretur, prout communiter doctores dicunt, ſcilicet, quòd agebatur ad rei reſtitutionem, & ſententia talis fuit: adhuc dico nihil probari per iſtum tex. ſed com-

munis opinio legiſtarum, hoc non obſtãte debet teneri, quia conſtat, quòd fuit hic ſententiatum ad rei reſtitutionem cum effectu, negando parti facultatem ſupplendi iuſtum pretium, vt ſuperius declaraui, defendendo iſtam communem opinio. eo modo quo defendi poteſt. tali modo enim procedere nõ licuit iudici, ſecundum opinio. omnium. bene enim potuiſſet condemnare ad rei reſtitutionem ſimpliciter, & ſententia valuiſſet, quia optionem nihilominus habuiſſent fratres ſupplendi iuſtum pretium, donec actione iudicati conuenirentur ſecundum Barto. in.d.l.ſtipulationes non diuiduntur. & dixi ſuperius: ſed quia præciſè coegit rem reſtituere eo modo, vt ſupra dixi, ſententia fuit irrita-

63 ta. †Et iſto modo intelligendo cap. noſtrum, vel etiam ſecundum intellectum Anto. de But. qui mihi ſemper plus placuit, prout eſt neceſſarium intelligere, nihil affert pontifex ad deciſionem antiquæ altercationis. bene fateor tibi, vnum, quòd ſi hic Decanus ſimpliciter pronuntiaſſet rem reſtituendam, & eius ſententia fuiſſet irrita, ꝓut fuit tunc bene fuiſſet hic tex. apertus pro opin. communi canoniſtarum, tollendo omnem altercationem, quia ſi non poterat ꝓnuntiari ſimpliciter rem reſtitui. ergo nec peti: & per conſequens non ſola res fuiſſet in obligatione, ſed vtrunque, quod tene perpetuo menti: ſed poſtquàm ſic non fecit, ſed aliter, vt ſupra dixi, conſtat iſtud cap. non poſſe adduci ad aliquam nonam conſiderationem in præſenti artic. Et ideò tenenda eſt communis opi. legiſtarum, poſtquàm ni-

64 hil eſt, quòd ei repugnet. †Eſt verum, quòd colorate ꝑ opin. canoniſtarum potuiſſet adduci tex. in. c. cum cauſa. infra eod. vbi Papa in conſideratione ſua vtrunque ponit, dicendo, ꝙ emptoris ē, aut vt rem reſtituat ꝑ̃tio recepto, aut ſuppleat iuſtũ pretium. ergo videtur, quòd vtrunque ſit in obligatione, qa ſi ſolum res fuiſſet in obligatione, & ſuppletio pretij in facultate, non erat opus, ꝙ Papa vtrunque alternatiue poneret, ſed ſatis fuiſſet condemnare ad rei reſtitutionem, & poſtea condemnatus habuiſſet facultatem ſupplendi iuſtum pretium, ſecundum nota. in. d. c. miles. in §. decem. Coadiuuatur iſta inductio, quia Papa ibi in ſententia vtitur verbo decernimus. quod eſt verbum ſui natura nõ iuris editiuum. Abb. in. c. paſtoralis. in prin. de except. quibus tamen non obſtantibus adhuc adhæreo communi opinioni ipſorum legiſtarum, poſtquàm neceſ-

neceſſario nihil eſt in iure noſtro, quod me cogat contrariũ
45 dicere. † Non obſtat inductio de.d.c.cum cauſa.quia reſpondeo, ꝙ quando vnum tantum eſt in obligatione, & aliud in facultate procedere poteſt libellus alternatiuus, & eodem modo ſententia. tex.eſt not. & ibi do.Abb.iij.not. & Io. de Imo. in princ.in.c.ex literis.infra de pigno: quaſi illud fiat ad abundantem cautelam: quod teneas menti, quia ſeruit ſingulariter. Non obſtat illa inductio verbi decernimus, quia ſecundum ſubiectam materiam conſiderando non ſolet inducere ius nouum. facit tex. & ibi not.c.decernimus. ſupra de iudi. vnde ex iſtis in puncto iuris concluſiones do. Abba. ſuprapoſitæ, ſubſiſtere non poſſunt, quia immò res ſola erit in obligatione. & ſuppletio pretij in facultate, & per conſequens re perempta non poterit agi ad ſupplementum. & ſic.l.ſtichum aut pamphilum.ff.de ſolu. &.l.plerunque.ff.de iure dot. per quas ſe fundat do. Abb. nihil faciunt poſtquàm in eis vtrunque erat in obligatione.

CAP. PERVENIT.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſi vendiderit rem donatam uxori propter nuptias, eo mortuo, vxor non poterit inquietare emptorē ſuper tali re. & nu.* 18.

2 *Bona mariti ſpecialius obligantur pro donatione propter nuptias, quàm pro dote.*

3 *Maritus non poteſt alienare rem, quam dedit vxori ꝓpter nuptias, etiam conſentiente vxore frequenter. nu.*4.

5 *Donatio propter nuptias ſolu. matrimo. reuertitur ad virum.*

6 *Ius aliquod vbicunque eſt deductum in iudicio, competit parti, & licet pars ignoret, debet iudex ex officio ſupplere.*

7 *Solemnitas extrinſeca præſumitur ex curſu magni tēporis. & nu.*9. *&* 17.

8 *Contradicere non valens, an poſſit conſentire.*

10 *Diſtractio pretij dotalis valet, quando fit propter alēdos, vel redimendos parentes.*

11 *Vxor non agit ſuper rebus*

propter nuptias donatis conſtante matrimonio.

12 *Maritus nunquid lucretur fructus donationis propter nuptias.*

13 *Donatio ꝓpter nuptias datur ad tutelam dotis. Et an debeat gaudere eodem priuilegio cum dote. nu. 14.*

15 *Vendere, & vendenti conſentire, an æquiparentur? & nu. 16.*

19 *Error iuris nõ excuſat à mala fide. & nu. 20. & 21.*

22 *Præſcriptione, an ſit opus in his, in quibus omnis ſolemnitas iuris interuenit.*

23 *Hypotecariæ actioni inter præſentes præſcribitur decem ann. per tertium poſſidẽtem cũ titulo. et nu. 24.*

Quod eſt intricatũ valde. Secundum do. Cardi. & Abb. nec aliàs declaratur, & ſecundũ do. And. caret ſpiritu, habet duos intel-
1 lectus principales. † Vnus quẽ poſuit hic glo. ꝙ non interuenit pactum de lucranda donatione pp nuptias. Alius eſt, ꝙ interuenit pactum de lucranda dicta donatione, & iſtum etiam glo. tetigit. Secũdum primum intellectũ poteſt ſic ſummari. ſi vir vendiderit rem donatã vxori propter nuptias, eo mortuo, vxor emptorem ſup iſta re inquietare non põt. Sed ſecũdum alium intellectum põt ſic ſummari. Si vir habet alia bona vnde vxor ſibi conſulere poſſit, & conſentiente vxore rem eidem donatam propter nuptias vendiderit, & in vſus ſuos, & vxoris pretium cõuerterit, emptorem, qui rẽ triginta annis poſſederit, ſuper illa vxor inquietare non poteſt. h. d. ſecundum intellectum, quem ſequitur Io. And. ſecundum vero Cardi. & Abb. ponitur dictio maxime, ibi, dum dixit, & in vſus ſuos, & vxoris pretium conuerterit, qđ Io. And. negat, quia vult, quòd omnia concurrant, quæ in iſto cap. poſita ſunt. Ego autem ſecundum intellectum, quẽ intẽdo dare ſic ſummo. ſi vir habebat alia bona vñ vxor ſibi cõſulere potuiſſet tempore contractus, emptorem rei donatæ ꝓpter nuptias vxori, qui ſpatio legitimo bona fide, & iuſto titulo poſſedit; nõ poteſt vxor inquietare, etiam ſi tempore quo agit, non ſit in bonis mariti vnde vxori conſuli valeat, maxime quando pretium in amborum vtilitatem cõuerſum fuit.
2 ¶ † Pro introductione notandũ eſt, ꝙ licet omnia bona mariti

riti ſint hypotecata pro dote ipſius vxoris, ſpecialius tamen obligantur pro his, quæ donata ſunt ꝓꝑ nuptias, vt hic dicit Abbas fi.col. & Card.in prima, qa licet mulier poſſit renuntiare iuri hypotecæ, ꝙ habet in alijs bonis, vt in.l.etiam.C.ad velleia. non tamen poteſt in rebus donatis ꝓꝑ nuptias, in quibus non valet uiri alienatio etiam de conſenſu mulieris ſine ſolemnitate.auth.ſiue à me.C.ad velleia.de qua infra. Veniamus modo ad rationem dubitandi, quæ ſatis patet, vt ea mediante cum ratione decidēdi nobis pateat iſtius.c.verus intellectus, quem ſcio hucuſq; docto.non habuerunt. ¶ †Pro ratione igitur dubitandi capio primū not. Abb.hic, dum dicit, ꝙ res donata ꝓpter nuptias à viro vxori, non poteſt alienari per maritū etiam conſentiēte vxore, vt in d.authē.ſiue à me. niſi duobus concurrentibus. primo, ꝙ vxor cōſentiat ſecunda vice poſt bienniū. Item ꝙ tantum ſit in viri facultatibus, vt indēnitati vxoris poſſit conſuli, & requiritur ꝙ facultas ſit in bonis mariti, non ſolum tempore contract⁹ vt quidam dixerunt, inter quos And.hic.v.col. ſed etiam tempore quo vxor agit, vel agere poteſt, vt not.hic communiter per docto.& in.d.authen.ſiue à me.& ſenſit hic gl. noſtra poſt medium. ad qđ allegat hic do. Card.fi.col. tex. clarū ſecundū eum in authē. vnde ſumitur.d. auth.ſiue à me. immò dicit colligi ex dicto corpore, non ſolū ſi bis cōſentiat ipſa mulier, verū ēt ſi frequēter, niſi tꝑe quo agit ſit in bonis mariti, vñ ſibi conſuli poſſit, non ꝓiudicat mulieri conſenſus ſuus, ex quo ipſa lęſionē incurrit: aliàs ſi ſic non diceretur, non eſſet ſufficienter conſultū vxori. circa qđ aliqd dicā ꝓ veritate in fi.c. iſta igitur fuit rō dubitandi, quia nō interuenit ſecundus conſenſus poſt biēniū in iſta alienatione. & rōnes allegatę in tex. non ſunt veræ de per ſe, nec ſimiliter iunctę ſecundū Abb.in.ij.col. ideò dicit difficilē videri rōnem decidēdi. Addo ꝓ maiori rōne dubitandi, ꝙ tꝑe quo agebatur ꝑ vxorem, nō erat in bonis viri. vnde ſibi cōſuli potuiſſet, ita ꝙ ꝑ ſupradicta etiā ſi binus conſenſus interueniſſet ipſa vxor contra venditionem venire potuiſſet, quia pp dātur plures intellectus ad iſtū tex. In quo, nō obſt. ſupradictis, Papa voluit emptricē non moleſtari, licet ſecundus cōſenſus nō interuenerit. †Primus intellect⁹ ē, ꝙ hic bene fuit iudicatum emptricē non moleſtandā, poſtq̄ iſta donatio pp nuptias ſol.mat. ad virū reuertitur.c.j.& ij. đ do.īter vi.& vx. quaſi ꝑ hoc nō itereſſat

3 (margin, beside "habuerunt. ¶ †Pro ratione igi-")
4 (margin, beside "auth.ſiue à me.")
5 (margin, beside "rit. †Primus intellect⁹")

mulieris nunc agere pro re donata propter nuptias. iſta ſolu. ſecundum omnes docto. non habet ſcrupulum, quia in ſe veriſſima eſt, ſed tamen non conuenit huic literæ: fruſtra enim allegarentur rationes hic poſitæ, ſi ille fuiſſet intellectus. Ab. tamen antiquus, cui placet hæc lect. not. ex tex. iudicē poſſe moueri ad decidēdum ex rōne nō allegata per partem, quaſi vellet dicere, quòd Papa non fuit motus principaliter propter allegationes, de quib⁹ in tex. ſed propter rationem quam dixi. quod not. Abb. modernus tanquàm verum in ſe, licet nō cōgruat. c. noſtro, in quo Papa vt dixi, decidendo habuit reſpectū ad contenta in tex. ego inciden ter pro iſto dicto Abb. antiqui adduco tex. quē etiam hic in ij. col. And. adduxit. & quod ibi Abb. ij. col. poſt Inno. in. c. raynutius. de teſta. vbi dixit generaliter, quòd † vbicunque aliquod ius eſt deductum in iudicio competit parti, licet pars ignoret, poteſt, & debet iudex ex officio ſupplere, quia illud ē ſibi notum, vt notorium in iudicio, de quo dicto feci mētionem in. c. ſupra proxi. etiam in ratione dubitandi, ex quo ſoleo ſingulariter inferre ad probantem dominium, vel poſſeſſionem de pręterito, licet de p̄ſenti per partem non allegetur ſuppoſito, quòd allegari debet de præſenti, vt communiter tenetur in. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & in. l. certum. vbi glo. & Bart. ff. de confeſſ. §. j. & Ab. in. c. cum ad ſedē, & in. c. olim. iij. de reſtit. ſpolia. iudex tamen poſſet allegare etiam ita pronuntiare, quod probat. c. præterea. ij. de tranſact. vbi ſingulariter Ant. & Imo. quicquid ſentit glo. in prælleg. l. certum. & docto. vbi ſupra idem volētes, quia per ſupradicta ſine partis allegatiōe iudex ex officio ſuo poteſt ſe in eo fundare, & ſententiare, quod teneas perpetuo menti, quia eſt noua conſideratio incidenter habita ex iſto intellectu Abb. antiqui ad declarationem, & intelligentiam præallega. c. præterea, de tranſactio, & eorum quæ Fely. dixit circa intelligentiam glo. in. d. l. certum, propter illud. c. præterea. in. c. ſcribam. de præſum. in vlti. col. vbi reſpondet alio modo vulga. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem pullioni, ff. de adult. vbi probatur exceptionē etiam notoriam proponēdam eſſe per ipſam partem, q̄a procedit quādo præſumptio, vel exceptio oritur ex facto proponentis, quia tunc per eadem eſt allegandā, ſecus aliàs per not. per Bar. in. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. de quo Abb. & Fel. in. c. afferte. de præſumpt. quod etiam

not.

not. pro intelligentia glo. vulgatę in cle. appellāti. de appell. & propter iſtud vltimum dictū manet dubium dictum Bald. in .l. ſi certis annis. C. de pact. dū voluit, quòd diuturnitas præſtationis facit præſumere cām. ſi tamē allegata fuerit nō aliàs, de quo etiam dicto dubitauit Fely. in .c. de quarta. de pręſcri. in pen. col. quæ dicta ſufficiant incidenter circa primum intellectum.

7 ¶ † Secundus intellectus etiam glo. fuit, quòd vxor hic ex ſpeciali pacto debebat lucrari donationem propter nuptias, & ponderatur curſus tanti temporis, non ad pręſcriptionem complendam, ſed ad conſenſum legitimum ipſius mulieris præſumendum ex mora tanti temporis. & hoc dictum dicit Abb. quòd communiter non valet reprobari, & eſt ſingu. & miro modo limitat præallega. authē. ſiue à me. & facit generaliter, quòd ex curſu magni temporis præſumatur ſolemnitas extrinſeca, & in hoc ē ſemper menti tenēdum, ſecundum eum, quòd ſatis ſequuntur canoniſtæ, & legiſtæ in .l. ſciendum. ff. de verbo. ſig. & in .l. ſi filius. de peti. hære. Faciūt multa copiosè poſita per Fely. circa præſumptionem iſti⁹ diuturnitatis in .c. ſicut. de re iudi. in .iiij. & v. col. & aliquid hic ꝑ do. Anto. & quòd ſi quiſpiam diceret in omnibus, in quibus ſolemnitas extrinſeca requiritur, quando præſumitur ex diuturnitate temporis, ſufficiunt decem anni pro iſta diuturnitate, vt not. in .d. l. ſi filius. per. ſcriben. in .d. l. ſciendum. hic vero tex. vult. xxx. annos igitur male. Dicas cum Imo. hic ſingu. v. col. pro limitatione .l. ſi filius. & .l. qui in aliena. §. quod ſi non adierit. ff. de acqui. hære. quòd illa iura, & ſimilia intelliguntur quotiens agitur de iure quęrendo, quia tūc ſolemnitas extrinſeca ꝑſumitur ex diuturnitate. x. anno. ſec⁹ quotiēs agitur de ſolemnitate præſumenda prīcipaliter ad præiudicium alterius, quia tunc non ſufficerent. x. anni, & iſto caſu intelligitur tex. noſter, quod magnifacit do. Fely. in .d. c. ſicut. poſt do. Alexan. conſulentem ſecundum quod ipſe eum ibi refert, ſed vt videbitis in vera intelligentia. c. iſta limitatio, quæ trahitur ex falſo intellectu, redigetur ad ſomniū, ſeu fabulā. Contra iſtam ſecundam lecturam inſtat multum do. Abb. dicet eam primo magnifecerit, dicit enim ipſe, quòd cum ipſa vxor conſtāte matrimonio nō potuit agere .l. in rebus. C. de iure do. & ſic contradictio ſua ꝑdeſſe nōn poterat: ergo patientia eius non debuit operari tantum, & cōſenſum cum eius eſt

nolle cuius eſt velle, & ecõtra; ſed vxor cõſtãte matrimonio non potuit contradicere, quia non potuit agere, ergo tacẽdo non videtur acquieuiſſe. Præterea dicit circa fi.c. ꝙ auth. vt im mobi. antenupt. dona. colũ.v. requirit ſecundum conſenſum poſt biennium, vt mulier interim poſſit maturè cogitare, & vt cautior veniat ad ſecundum conſenſum poſt biennium. quę quidem ratio ſecundum Abba. omnino ceſſat muliere tacente. Tertio & vltimo dicit, quòd vbi agitur de re oneroſa tacens non habetur pro conſentiente, immò pro contradicente. l. filiusfamilias. §. inuitũ. ff. de ꝓcura. in. c. in geneſi. de elec. poſt glo. in reg. xliij. qui tacet. de reg. iur. in vj. ꝑp quæ omnia dicit, ꝙ videtur ſibi, quòd intellectus huius. c. ſit difficillimus. tũ etiam quia tex. non cõtentatur ſola diuturnitate, ſed petit tria, de quibus in tex. quapropter ipſe Abb. dicit, ꝙ poteſt teneri abſque ſcrupulo prima lectura.

8 ¶ † Aduertas rogo modo, quia primum fundamentum Abba. propter quòd ipſe magis dubitat mihi nullo modo videtur concludere, dum dicit, non poteſt contradicere: ergo non poteſt conſentire, quia ſuã argumẽtatio in terminis noſtris eſt falſa. patet in. d. auth. ſiue à me. poteſt conſentire, bino tamen conſenſu interueniente, ſed cõtradicere, vel agere nullo modo poteſt cõſtante matrimonio regulariter loquendo. d. l. in reb᷑. C. de iure do. ꝓcederet enim ſua argumentatio, quãdo vxor nullo modo conſentire poſſet, vnde poſtquàm poteſt conſentire, licet agere, ſeu contradicere non valeat. non mirum ſi ex diuturnitate temporis præſumatur ille conſenſus, qui aliàs interuenire potuit. eodem modo nõ obſtãt alia duo fundamẽta Abb. in fi. c. poſita, quia licet in ſe ſimpliciter vera ſint, tamen propter temporis diuturnitatem nõ eſt abſonum quod præſumatur illa maturitas conſilij, & conſenſus in re oneroſa, ſicut aliæ ſolemnitates extrinſecę præſumũtur. Intellectus tamen iſte confutatis rationibus Abb. licet in ſe poſſet eſſe verus. c. tamen noſtro nullo modo applicari poteſt, poſtquàm vltra diuturnitatem temporis multa alia requiruntur in tex. vnde eſſet opus in omnibus alijs ſupplere, maxime quòd non decet. vnde poſt glo. ſuperuenit Hoſti. qui nititur defendere, quòd quælibet ratio poſita in tex. fuit ſufficiẽs ad ſic iudicandum. Prima dum loquitur de conſenſu; intelligẽdo quòd conſenſit poſt biennium viro tunc habente vnde ei conſulere poſſet.

9 ¶ † Secunda

da ratio, quia lapſi dicebantur triginta anni, intelligendo taliter, quòd computarentur à tẽpore quo marit⁹ cepit ſua ſubſtantia male vti, ſecundum not. in.c.per veſtras de donat. inter vir.& vxo.& tunc quod dicitur in tex. conſtante matrimonio dicit, ꝙ non erit contra ipſum allegantem, quòd aliàs videretur, niſi dicamus iſto modo, ꝙ cępit vti male ſubſtantia ſua, ſe-
10 cundum Hoſti. ¶ † Tertia rõ ſecundum eundem, dum dicitur, ꝙ in communes vſus &c. intelligitur propter alendos, vel redimendos communes parentes, quos viuos habebat; q a tunc bene valeret diſtractio ẽt pretij dotalis. ff.ſol.matri.l.q̃uis.& idem ſi faceret, vt redimeret prædia dotalia maiora habentia redditus. ff.de iure dot. .l.ſi.do. Abb.tamen & bene nõ placet iſte intellectus, quia ꝓcedit cum ſuppletione, diuinatione, & extẽſione: ideò communiter non recipitur, & quia laborat eodẽ morbo, quia ſi alterum iſtorum ſufficiebat, fruſtra omnia ſimilia Papa requiſiuit, do.Io.And. & pro quarto intellectu dicit de directo contra Hoſti. quòd immò omnes illæ tres cauſæ poſitæ in tex. cõcurrere debent, quibus concurrentibus dicit tex. noſtrum ponere ſpecialem caſum: & auth. ſiue à me. recipiet iſtam nouam limitationem, quod non placet do. Cardi. nec do. Ab. quia Papa nõ intendit hic inducere ius nouũ, quod paret ex eo, quia reſpõdit conſultationi.c.ex tua. de tem. ordi. & inter laicos non induxiſſet ius nouum, dicũt ipſi, ad diminutionem iuris mulieris. facit quod dixi ſupra.c.proxi. poſſet defendi Ioã.And. in ſua generalitate, quia non eſſet in hoc ius nouum cõdere, ſed potius antiquum declarare, vt patebit ex infra dicendis in meo nouo intellectu. Prudẽs enim fuit do.Io.And. ita generaliter loquendo, licet referendo ſe ad tria, quæ Hoſt. & communiter doct. dicũt, male ſenſit, vt infra patebit. do. Ant. de But. quinto loco dicit pro intelligentia.c. quòd hic curſus tanti temporis poteſt dupliciter conſiderari. Primo ad præſumendum ſecundum conſenſum, vt glo. dixit. Secundo ad complendam præſcriptionem, licet enim præſcriptio ſecundum eum nõ currat in rebus dotalibus cõſtante matrimonio, ſecus in rebus donatis propter nuptias, quia illarũ rerum etiam conſtante matrimonio vxor eſt domina. quod dictum ſi verum eſſet, dicit do. Abb. eſſet valde ſingulare, ſed tamen non credit verum.
11 † Primum propter malam fidem ipſius emptricis, quia ſciebat rem eſſe donatam propter nu-

nuptias. iſta impugnatio iudicio meo nihil valet, vt videbis infra in nouo intellectu, quia tex. pręſupponit bonã fidẽ. Secundo contra dictum do. Ant. adducit glo. in auth. vt immobilia. ante nup. do. col. v. vbi ꝓbatur, quòd non agit mulier ſuper rebus propter nuptias donatis conſtãte matrimonio, ſic nec ſuper rebus dotalibus. qđ probat optima ratione ipſe do. Abb. quia eodem modo vtitur ipſe maritus fructibus donationis propter nuptias: ſic dotis; aliàs maritus non diceretur habere priuilegium in fructib⁹ rei dotalis cum tantundem ipſe dat propter nuptias vxori, ſicut in dotem recepit, vt voluit glo. ſingul. in auth. de non eli. ſecũdo nuben. in verſi. perceperit, quàm ipſe dicit ſemper notandam. quia non credit, quòd de hoc ſit tex. expreſſus, immò dicas, quòd eſt tex. in authen. dos data. C. de don. ante nup. ſecundum Imo. hic fi. col. mihi tamẽ non probat, ſed iudicio meo probat tex. in authẽ. æqualitas.
12 C. de pac. conuen. † Et quòd lucretur fructus donationis ꝓpter nuptias, firmat glo. in §. eſt & aliud. Inſtit. de dona. quã hic multum not. ij. & vij. colũ. Jo. de Imo. de quo vide Abb. in c. fi. de donat. inter vir. & vxo. infra iij. & penul. col. & per iſta concluditur, quòd iudicentur à pari dos, & donatio propter nuptias. quod probat tex. in. l. cum multæ. C. de do. ante nup. & glo. in authẽ. dos data. quod etiam contra do. Anto. clarius firmat do. And. hic. vj. colũ. in fi, arguendo ſecũdum eum inconuincibiliter. Vbicunque nõ cadit negligẽtia, ibi non poteſt eſſe præſcriptio. c. nos quidem. de teſta. c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. ſed conſtante matrimonio mulier non poteſt agere pro rebus ſibi donatis, ergo ſequitur, quòd non patitur pręſcriptionem in illis rebus. quod autem non poſſit agere pro illis conſtante matrimonio probat, & ſupra dictum
13 fuit. ¶ † Secundo adducit ꝓſupponendo, quòd donatio añ nuptias datur ad tutelam dotis, vt in princ. dictum fuit. qđ ſicut doti præſcribi non poteſt, ergo nec donationi propter nuptias, quia ſicut eſt priuilegiata dos, ita erit priuilegiatum id, quod eſt introductum ad tutelam dotis, adducit ſolemnem glo. in. c. ex literis. de pign. quæ voluit, quòd patrimonialia clericorum gaudent eodem præmio, quo eccleſiarum bona, qa patrimonialia extant pro ſubſidio bonorum eccleſię, ſi rector male adminiſtrauit. Certè licet iſta dicta Abb. & And. prima facie auditorib⁹ multum applaudere videantur. audeo tamen dice-

dicere, ꝙ do. Anto. veritati fuit proximior, licet in conſenſu præſumendo ratione diuturnitatis cum communi errore trãſiuerit. Nec obſtant iſta dictá Abb. & Andr. dum reprehendũt do. Ant. quia licet in multis æquiparentur, vt ipſi dicunt in vno tamen valde ſunt diſſimilia, quia conſtãte matrimonio nullo modo poteſt dos alienari. quod nota tu canoniſta, ne erres. quod probat tex. not. in. §. & cum lex iulia. in. l. vni. C. de rei vxo. actio. quod intelligo quando fuit datus fundus dotalis inæſtimatus: aliàs idem eſſet, quòd in donatione ꝑpter nuptias: qui poteſt, vt dixi, matrimonio conſtante alienari bino exiſtente conſenſu ipſius mulieris, ſecundum formam p̃ allleg. auth. ſiue à me, videas hic Imo. fi. col. multum no. vbi limitat prædictam concluſionẽ de rebus dotalibus inæſtimatis, niſi iuramentum interueniat, ꝑ tex. vulgatum in. c. cum contingat. de iureiur. vnde ad propoſitum modo poſtq̃ ex conſenſu ipſius mulieris alienari poteſt donatio ꝑpter nuptias, dos verò non per ſupradicta: non immeritò ſic dicere valeamus cum Anto. de But. vt inferius latius dico, quòd in donatione propter nuptias currat præſcriptio, & non in dote. vnde merito tex. in. l. in rebus. C. de iure dot. vbi prohibuit præſcriptionem quamcũq;, in rebus ſolum dotalibus loquutus fuit, de rebus donatis propter nuptias nullum verbum fecit.

14 † Non obſtant modo q̃ Andr. dixit primo, dum fundat ſe in negligentia, quia infra in vero intellectu demonſtrabitur negligentia. Nec obſtat quòd dixit, quod donatio propter nuptias datur ad tutelam dotis: & ideò debet eodem priuilegio gaudere cum dote, quia per ſupradicta manifeſtam videmus in hoc differentiam, poſtquam donatio poteſt alienari conſtante matrimonio: dos autem nõ. eſt verum tamen, quòd iſte intellectus Anto. de But. poſſit euitari, quaſi videatur laborare eodem morbo cum alijs, cum Papa ſe fundet in tribus, de quibus ſupra non autem in præſcriptione. Vel ſecundo & melius, quia in illis triginta annis ſecundum intellectum ipſius Anto. duplex concurreret ſpecialitas. ſ. præſumptionis conſenſus, & complementum præſcriptionis, contra not. in. l. ij. C. de dot. promiſ. do. vero Card. hic poſt longam inueſtigationem firmat quãtum ad præſumendum conſenſum ſufficere curſum prædicti temporis. in alijs ſupplet, maximè in tex. niſi tempore quo agit mulier in bonis mariti, non eſſet vnde

ſibi cõſuli poſſit, quia tunc om nia contenta in tex. debẽt concurrere, quo caſu tenet opinionem Io. And. de qua ſupra. do. And. vltimo loco poſtquàm in intelligentia iſtius. c. dixit omnes doctores febricitantes, & etiã corpore carere, & ſpũ: admiratur de pontifice, quòd ad allegationes cuiuſdam mulieris, voluit facere iſtam deciſionem, nihilominus dat nouam intelligentiam ad iſtum tex. dicendo, quòd in iſtis allegationibus ſupplendum eſt, maxime propter tex. ſingu. in. l. ſi
16 cum iure. ff. de vſucap. † præſupponendo, quòd idem ſit vẽdere, vel vendenti conſentire, ſeu alienare, vel alienanti conſentire, vt in. c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. &. l. ii. C. ſi aduer. dona. modo allegat tex. ſingu. in. l. cum vir. ff. de vſuca. quæ ꝓbat, quòd obligatur maritus ſtare venditioni rei dotalis conſtante matrimonio, qñ ipſe manſit in matrimonio muliere ꝓdecedente, cuius cauſa lucratus fuit dotem, ergo prẽſuppoſito ſupra habito, idem dicẽdum eſt in muliere, quæ cõſenſit alienationi, poſtquàm ſoluto matrimonio donatio propter nuptias ad eam ex pacto reuertebatur. quæ inductio prima facie ſing. videtur nihilominus quòd ꝓcedere nullo modo poteſt, quantum ad intelligentiam. c. noſtri. primo, quia non conſtat, quòd hic iſta mulier lucrabatur donationem ex pacto, immò eſt diuinare iſtud dicere, vt demonſtrabo. ſtatim in vera intelligentia. c. dum declarabo, quare ipſa mulier agebat poſt mortem ad illam rem donatam propter nuptias. & ſic ex iſto capite illa. l. cum vir.
16 non meretur allegari. † Vel ſecundo dic, dato quòd cõſtaret, quòd hic lucraretur mulier donationem propter nuptias, adhuc duabus rationibus non ſtaret. Prima, quia non eſt verum ſimpliciter, quòd ſit idem vendere, vel vendenti conſentire. quod probant multa iura iſta ponentia vt diuerſa, vt. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccl. §. iconomos. & c. nõ licet. xxij. q. ij. & facit tex. not. in. l. ſi pater. in fi. ff. de manu. vindic. quæ probat quòd aliud eſt actum facere, aliud facienti conſentire, de qua in materia emptionis, & vẽditionis feſtũ fecit Bald. in. l. ij. C. de reſcind. vend. in fi. ix. col. Secunda ratio contra And. eſt dato, quòd inductio ſua. d. l. cũ vir. vera eſſet, quia ſicut primus intellectus glo. ad iſtud. c. qui in ſe verus eſt, tanq̃ non congruens. c. poſtquàm in alijs ſe fundat pontifex, ab omnibus reijcitur: ita eadem omnimoda ratione reijcietur iſte poſtquã Papa ſe fundat in allegatis rationi-

17 tionibus in tex. ¶ † Quid ergo in tanta varietate dicendum eſt, certe ceſpitaret, quilibet etiã magni ingenij qui vellet ponere falcem ſuam inter tot excellentes doct. quaſi ipſi non bene dixerint, ſeu ſenſerint, nihilominus confiſus dictis imperatoris in .l.ij.§. contra. C. de vet. iur. enuc. vbi dixit, quòd aliqua ſunt in iure occultè oppoſita, vel de nouo inuenta, quæ diſcordiæ fines effugiunt. Dicam cum ſupportatione tamen dictorum patrum, quòd in vero intellectu hucuſque omnes mutauerunt, alij plus deuiantes à veritate, alij minus, & maxime intellectus communis, immò omnium quod diuturnitas tẽporis faciat præſumere ſolemnitatem interfuiſſe extrinſecã, minus conuenit veritati, & intelligentiæ iſtius capituli, vt ſtatim probabo; per quod reſultabit, quòd fruſtratoriè in hoc deinceps allegabitur iſte tex. quia nihil iſta diuturnitas temporis facit præſumere ſolemnitatem, ſed ipſa cum alijs requiſitis in tex. facit quod iſta vxor excludatur, ne emptricem

18 moleſtare valeat. ¶ † Primo enim pro principio veræ intelligentiæ, dico quòd iſta vxor non agebat ad iſtam rem donatam propter nuptias vigore pacti de lucranda donatione, vt communiter doctores dicunt, quia non conſtat, & eſt diuinare, vt dixi, ſed agebatur per ipsã vxorem hypotecaria actione, vt ſenſit ſolus do. Cardin. titubando tamen, quod tamen inconuincibiliter probatur ex vltima allegatione emptricis in .c. noſtro, dum dixit, quòd tempore contractus erat in bonis mariti, vnde vxori conſuli potuiſſet, quæ allegatio aliàs nihil operaretur, & ſuperfluè poſita eſſet, ſi intellectus docto. & gloſ. diuinatorius, dum de pacto præcedente de ſuperlucranda donatione loquuntur, eſſet verus. ipſi enim docto. de iſta vltima allegatione emptricis nullam faciunt mentionem, nec eam conſiderant. Ego autem magnifacio eam, quia ex eius intelligentia magna pars conſiſtit intellectus capituli, vt ſtatim demonſtrabo.

19 ¶ † Item dico & ſecundo, & in hoc eſt bene aduertendum, quòd in iſto capitulo nullus fuit defectus conſenſus in alienatione dictæ rei donatæ propter nuptias: immò ſicut conſentire debuit ipſa mulier, ita conſenſit, & in hoc conſiſtit error ſcribentium. & quòd ipſa conſenſerit, vt debuit. probo per tex. apertum hic, dum dicit mulier, quòd bona fide, iuſtoq; titulo poſſedit triginta annis, ad quod Papa ſe in deciſione

referet

refert, vt iuxta dictum, qui iuſt⁹ titulus aliter non potuit eſſe, niſi primo, & ſecundo conſenſu interpoſito ſecundum formam prædictæ auth. ſiue à me. cōſtat enim ſi interceſſiſſet primus conſenſus, & non ſecundus, quòd nō habuiſſet iuſtum titulum. immò eſſet iniuſtus, quia contra ius, poſtquàm ſciebat rem datam vxori in donatione propter nuptias, niſi ſolemnitas illius authen. fuiſſet ſeruata. poſſeſſio enim contra ius iniuſta præſumitur, & poſſeſſor malæfidei. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. lib. xj. immò etiā dico, ſi in iure erraſſet credendo ſufficere vnū conſenſum non diceretur habere iuſtum titulum, nec diceretur habere bonam fidem. Pau. de Caſt. conſi. lxxij. Fely. xiij. col. in. c. de quarta. de præſcript. in tantum, quòd talis error iuris non proficeret in longiſſima præſcriptione. c. dudum. de deci. facit glo. ordi. in. c. apoſtolicæ. de dona. & in. c. cura, de iure pat. & in. c. ij. de his quæ fi. à
20 præla. † quæ omnes volunt errorem iuris non excuſare à mala fide, immò quòd impedit p̄ſcriptionem etiam longiſſimā, quòd omnes canones affirmāt in dicto. c. de quarta. & legiſtæ in. l. celſus. ff. de vſucap. nec p̄deſſet dicere de errore iuris dubij, qui non ſolet impedire bonam fidem, vt copioſè per do. Felyn. in. d. c. de quarta. ix. col. poſt Abb. ibi, quia in caſu noſtro nulla eſt dubietas, poſtquā apertiſſimè, & clare loquitur authen. ſiue à me. nec prodeſſet dicere, quòd emptrix erat mulier, quæ ſolet excuſari ab ignorantia iuris, quod licet verum ſit, non tamen reſpectu præſcriptionis, quæ cum ſit introducta ad iuris rigorem ſeruādum, in eadem non iuuat etiam mulierem errare, ſecundum glo. not. xxxviij. diſtin. in. c. j. & in. §. notandum. j. quæſt. iiij. quas not. Alexan. in. l. iuris ignorantia. C. qui admit. & iſta ſi doct. animaduertiſſent, tex. non fuiſſet ita ſcabroſus, prout ipſi faciunt eum. non enim ſe refert Papa in iſto. c. ad tria, quæ ipſi opinantur. ſ. quòd vxor conſenſerit venditioni, & tempus triginta ānno. lapſum fuerit. & q̄ in communes vſus verſum pretium fuerit: ſed potius ad illud quod allegabat mulier, videlicet, quòd bona fide, & iuſto tit. per. xxx. annos poſſederat domum emptam, & quòd tempore emptionis erat in bonis mariti: vnde conſuli poterat vxori quibus conſideratis, & bene ruminatis reſultat intellectus verus iſtius. c. quia defenditur mulier emptrix præſcriptionis vigore. conſtat enim ex allegatis per eam, coniuncta Papæ deci-

deciſione reſultare vnam completam præſcriptionem conſiſtentem in ſuis ſubſtantialibus ex tempore.ſ.bona fide, & titulo, quæ omnia ſunt neceſſaria in præſcriptione, quando præſcribitur contra ius etiam de iure canonico, per.c.ſi diligenti. ſupra de præſcrip.&.c.j.de præſcript. lib.vj. & illud quartum, de quo dixi, quòd tempore cōtractus erat in viri facultatibus &c. arguit dictam bonam fidem, quia ſi tunc temporis non fuiſſet in bona mariti: vnde vxor ſibi conſulere potuiſſet, non potuiſſet dicta emptrix bonā fidē allegare, quia eſſet contra not. in illa authē. ſiue à me. quod etiam magis confirmatur ex illa allegatione, dum dicitur, quòd in cōmunes vſus pecunia verſa fuerat. quis enim iam in capitulo iſto dicere poterit, quòd temporis diuturnitas faciat præſumere conſenſum ſecūdum, certe nullus, niſi qui non intellexit ſuperius dicta, quia ſtatim ex tali dicto eliceretur, quòd illo medio tempore ipſa emptrix cum bona fide, & iuſto titulo non præſcripſiſſet, cuius contrariū ipſamet allegabat. vnde meritò dixi tibi quòd Anto. de But. proximior fuit huic veritati, dum dixit, ꝙ tempus hic operabatur complementum præſcriptionis, ſed inquantum voluit, ꝙ diuturnitas operaretur præſumptionē conſenſus, male dixit, per ea quę ſupra dicta ſunt, & quia repugnat proximo dicto per eum. de præſcript. vt antea dixi, credebant forte docto. dum tex. hic facit mentionem de titulo iuſto, ꝙ faceret mentionem de titulo venditionis tantum dictæ domus, quod eſt falſum, quia ille non fuiſſet iuſtus titulus non concurrentibus alijs, de quibus

21 in.d.auth. ſiue à me. † Et volo, quòd notes, & cōſideres, quòd alicubi in iſto.c. non probatur, quòd mulier quę emerit, allegauit vxorem conſenſiſſe expreſſè, ſed ipſamet vxor dicebat ſe conſenſiſſe, emptrix verò ſolum dixit, quòd bona fide, & iuſto titulo triginta annis poſſedit &c. quod perpetuo teneas menti, quia per hoc manifeſtius elicitur, quòd Romanus Pontifex non habuit relationem ad allegationem conſenſus, vt omnes doctores opinantur, poſtq̄ illa allegatio conſenſus nō fuit facta ab emptrice, ſed ab vxore. emptrix vero, cuius allegationes Papa ſequitur, ſe fundauit in bona fide, & iuſto titulo &c. qui iuſtus titulus, vt audiuiſti, aliter conſiſtere nō poteſt, niſi mediantibus duobus conſenſibus ſecundum formam dictæ auth. ſiuę à me. & dum dico de duobus conſenſibus, intelligo verè interpoſitis, quia huic dicto

ĉto nihil repugnat, vt infra videbis, & ſi vis, quòd ſint conſenſus putatiui, vt quia mulier emptrix putaret iſtos duos cōſenſus interueniſſe errore conſiſtente in facto non curo, quia talis error non impediret bonā fidē, nec per conſequens impediret præſcriptionem ſecundū not. in dicto. c. de quarta. cum glo. ſuperius allegata. dum de errore iuris impediente præ-
22 ſcriptionem locutus ſum. † Et ſi tu dicas modo, & ſapienter ſi interuenit omnis ſolemnitas, de qua in authē. ſiue à me. quid opus eſt præſcriptione, quia verus titu. de ſe datius. in præſcriptione autem petitur putatiuus, vt glo. in. c. j. de præſcrip. lib. ſexto. & glo. magna. in. c. ſi diligenti. ſupra eod. Iſtud dico intelligendo, quòd vere ſecundus conſenſus interuenit. Iterum & ſecundo ſi dicas impedito non currit præſcriptio, vt per And. hic contra Anto. de But. iſta vxor fuit impedita, igitur &c. Item tertio doti non præſcribitur: ergo nec donationi ſecundum Abb. hic. Quarto, quia cum mala fide non ꝓcedit præſcriptio. c. fina. de præſcript. ſed iſta emptrix ſciebat iſtam domum eſſe donatam vxori propter nuptias, quod patet ex eo quod allegabat mulierem conſenſiſſe, vt contra Ant. de But. Abb. inſurgit in iſto. c. fin. col. in prin. Ad quæ omnia cum diligentia aduertas, quia in eorum reſolutione conſiſtit claritas. Dico ad primū, quòd adhuc opus fuit auxilio dictæ emptrici, nec ſolemnitates, de quibus in. d. auth. ſiue à me. de quibus docto. hic faciunt mentionem, ſufficiētes fuiſſent pro iure emptricis conſeruando ſine iſta præſcriptione, quia conſtat aperte ex allegatione eiuſdem emptricis, dum dixit, ꝙ tpe emptionis erat in bonis mariti, vnde cōſuli poterat vxori, qđ tpe, quo agebatur, non erat in bonis mariti, vñ ſi nō fuiſſet iſtud tempus, quod compleuit præſcriptionem, ipſa vxor potuiſſet agere hypotecaria cōtra emptricem ad dictam domum ſibi in donationem datam ꝓꝑ nuptias: ſed quia bona fide, & iuſto titulo per triginta annos poſſedit emptrix dictam domum vxor quæ nunc vult agere hypotecaria pro tuitione dotis excluditur, ꝙ ſolus iuſtus titulus non fuiſſet potens, poſtquàm vt ſuperius dixi, requiritur ſolum, quòd tempore contractus ſit in bonis mariti, vnde conſuli poſſit vxori; ſed etiā tempore, quo ipſa vxor agit. & iſta fuit ratio dubitandi in iſto notando. c. poſtquàm tempore contractus erat in bonis mariti: tempore vero quo agebatur non, an haberet hypotecariam ipſa

ipſa vxor, videbatur dicendum quòd ſic, ex not. in dicta auth. ſiue à me. & in corpore vnde ſumitur. hic verò concurrentibus iſtis, de quibus per me determinatur contrarium ꝓpter bonam fidem, & iuſtum titulum cum fomento temporis. quòd perpetuo not. quia vides quòd non fuit ratio dubitandi defectus conſenſus, vt omnes opinantur, & ſic reſoluta eſt prima difficultas. non obſtat quod ſecundo dixi poſt And. de impedito, vel non valente agere, cui non currit præſcri-
23 ptio. † Ad quod reſpondeo, ꝙ quamprimum vidit non eſſe in facultatibus viri, vnde ſibi conſuli potuiſſet, debuit agere, quòd non faciendo conſtat negligentem fuiſſe, & ſi dicas eſt diuinare dicere, quod vidit, quod non erat in facultatibus viri &c. quia reſpondeo quòd immò probatur ex tex. dum dicit, quòd tempore contractus erat, vnde vxori conſuli poterat, à contrario ergo negatur poſt contractum fuiſſe in bonis mariti, & maxime tempore quo agebatur, & ſi dicas modo fateor quòd nõ fuit negligẽs, non tamen conſtat quòd toto tempore requiſito ad præſcriptionem fuerit negligens. Ad quod aduertas pro ſatisfactione, quia debes ſcire, quòd inter præſentes præſcribitur hypotecariç actioni decem annis per tertium poſſidentem cum titu. tex. eſt in. l. j. & ij. C. ſi aduerſus credi. præſcr. op. facit glo. ij. in l. cũ notiſſimi. de pręſcri. xxx. vel. xl. ann. & quod dicit Ang. de Are. pen. colum. in. §. item ſeruiana. Inſtitu. de actio. vnde reſpondeo, quòd ex relatione triginta annorum conſtante matrimonio, quibus dixit emptrix ſe poſſediſſe veriſimiliter ad minus decem vltimis annis vxor negligens fuit, quòd demonſtrat deciſio pontificis, quæ vt ſæpius dictum eſt in ſola præſcriptione fundatur, quæ neceſſario præſupponit negligentiam, ex quo nouiſſime vnum audeo dicere, quòd alleg. triginta annorum, de qua in tex. ad quem pontifex etiam ſe refert, & eam approbat non ea intentione fuit allegata, & approbata, vt peteretur neceſſario in caſu iſto
24 mora. xxx. anno. † Sed ad hoc, q̃a ex mora tanti tp̃is ad minus negligentia temporis requiſiti ad præſcriptionem hypotecariæ eliceretur: aliàs repugnarent multum. l. prima, & ſecunda, præalleg. quæ in tertio poſſeſſore cum titu. vel. inter præſentes. decem annis contentantur, quod puto cum diligentia conſiderandum: quia propterea poſui in ſummario meo ſpacio legitimo.

mo. non obſtat quod tertio dicitur, quòd ſicut non præſcribitur doti, ita nec donationi. Ad quod reſpondeo negando aſſumptum, quia diuerſa ratio eſt in iſto caſu donationis propter nuptias ad ipſam dotem, quia dos nullo modo poteſt alienari conſtante matrimonio, vt probat tex. in.l.vni. C. de rei vxo, act. in.§. cum lex. & donatio autẽ propter nuptias ſolemnitate interueniente poteſt alienari, ex qua differentia reſultat iſta concluſio, quòd donationi propter nuptias poteſt præſcribi, nã res phibita alienari ſine certa ſolẽnitate, ſi ſolemnitate interueniente, poteſt alienari, ergo & poteſt præſcribi. ita Bar to.in.l.fi. C.in quib. cau.in integ.reſtit.non eſt neceſ. Bal.in l.penul.C.de ſer.fugi. Bart. & Alex.in.l.filiusfamilias.§.diui. de lega.i. do.Abb.in.c.cum nõ liceat. de præſcript. vnde cum donatio propter nuptias ſolẽnitate interueniente auth.ſiue à me. poſſit alienari, ergo & præſcribi per ſupradicta. quicquid communiter dixerint, reprehendendo Anto. de But. qui hoc voluit per iſtum tex. per quod etiam tollitur, quòd de rebus datis tuitionis cauſa, do. And. dixe. quia vt vides diuerſo iure conſiderantur cum rebus, quas tuentur. nec obſtat quod vltimo dixi ſecundum Abba. ga cum ſupportatione eius dixerim, dicit contra tex. noſtrum, qui præſupponit bonã fidẽ, & iuſtum tit. p quod tollitur fundamentum ſuum, etiam dũ dicit, quòd ſciebat emptrix rem eſſe donatam propter nuptias, licet in probatione deficiat do. Abb. dum dicit, pro ratione q̃d patet, quia allegabat mulierem conſenſiſſe, quia vt ſuperius dixi, emptrix nunquam iſtud allegauit, ſed quod bona fide, & iuſto titulo poſſederat illam domum &c. Ex ſupradictis quatuor ſingulariter inferuntur. primum, quòd in rebus donatis propter nuptias, currit præſcriptio, licet non in dote, & conſtante matrimonio. ſecundo, quòd qui allegat iſtum tex. quia ex diuturnitate temporis præſumitur ſolemnitas extrinſeca, male allegat, quia vt vides nihil iſte tex. probat. Tertio quod dico notandum, ꝙ fruſtratoria fuit dubitatio do. Fel. in.c.ſicut. de re iudi. in.xx.col. dum dicit, quòd in iſto.c. erat impoſſibile, ꝙ eſſent xxx. anni, licet pars iſta allegauerit, ſed xxviij. tantum, poſtquàm duo primi anni non computantur ſecundum auth. ſiue à me. quia expreſſè cõſentiẽdo infra duos non fieret computatio: ergo nec tacitè, quia dico, quòd quãdo dixit, quòd. xxx. annis bona fide, & iuſto titulo poſſedit, intelle

tellexit poſt duos annos, poſtquàm ille, vt ſupra declaratum eſt etiam iuſtus titulus, & non alias, quod infertur cõſiderato iſto intellectu hypotecariæ actionis eſt, quòd vera eſt illa opinio, quæ tenet tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, licet iure aperto non probaretur, ꝙ etiam tempore quo agit mulier, oportet quòd in bonis viri ſit vnde ſibi conſuli valeat, nec alias excluderetur etiã ſeruata ſolemnitate auth. ſiue à me. quia alias fruſtratoriè requiſita in iſto tex. poſita fuiſſent, ſi alia opinio vera fuiſſet, quæ tenebat ſufficere, quod tempore contractus fuiſſet in bonis mariti, vnde vxor conſuli potuiſſet, quem ſequutus fuit hic And. & male, propter iſtum tex. in quo id præſupponit põtifex, ſcilicet quòd tempore contractus erat in bonis mariti, vnde vxori conſuli potuit, vt patet in vlti. alleg. tex.

CAP. AD NOSTRAM.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de recuperanda re poſt certum tempus, ſi apponatur in venditione, & modicum ſit conſtitutum pretium, pignus præſumitur, & non venditio. & nu. 4. & nu. 50.*

2 *Delictum non eſt præſumendum in dubio.*

3 *Legis authoritate aliquid faciens non peccat.*

5 *Præſumptio fortis, an ſuperet aliquando inſtrumentalem probationem.*

6 *Conſtitutio pœnalis habet locum non ſolum contra directè venientem contra iuris diſpoſitionem, ſed etiã contra fictè, & indirectè venientē. & nu. 8. & 11.*

7 *Teſtamentum illius qui rem vendidit pro pluri in termino, quàm ſi de præſenti eſſet pecuniam recepturus, eſt nullum, ſi hoc ſit publicum.*

9 *Reſcriptum contra vſurariũ trahitur ad eius filium, uel hæredem.*

10 *Diſpoſitio pœnalis, ſeu correctoria quæcunque, & qualiſcunque extenditur fauore animæ.*

12 *Vendẽs rem carius propter dilationem, nunquid dicatur vſurarius. & num. 18. 20. 21. & 22.*

13 *Vſurarius, an dicatur ille, cui facta eſt promiſſio de vſur.ſol.& nu.15.*

14 *Libellus ſuſtẽtari debet quo modocunque, & qualitercunque fieri poteſt.*

16 *Agens ad reſtitutionem vſurarum, & non probans ſolutionem, ſed ſolum probans, quòd ille erat ſolitus publicè vſuras exercere, nihil aget, & ſuccumbet. & nu.17.*

19 *Intentio aliquando magis cõſideratur, quam natura rei.*

Vſurarius manifeſtus quis dicatur.& nu.27.Et an iura loquẽtia in materia manifeſtarum vſurarum requirant facti neceſſitatem, vel qualitatem manifeſtationis.nu.24. Et quot eſſe debent teſtes ad probandũ quem manifeſtum vſurarium. nu.28.

25 *Qualitas manifeſtationis uſurarum debet eſſe concomitatiua delicti.*

26 *Vſurarium publicum ſe eſſe non confitetur, qui dicit ſe à multis vſuras extorſiſſe, niſi dicat publicè.*

29 *Iuramentum non firmat cõtractum ſimulatum.*

30 *Debitoris hæres an poſſit allegare contractum factum per defunctum fęneratitium, & probare per præſumptiones.& nu.31.*

32 *Vſurarius conuincitur per ſolas præſumptiones euidentes.*

33 *Venditio ſi fiat iuſto pretio, & ſolum apponatur pactũ de retrouendendo, nunquid emptor lucretur fructus donec retrouendatur.*

34 *Titulus reuocabilis an reuocetur cum fructibus. & nu.36.*

35 *Fructus percepti an includantur in priuatione à tempore quo potuit quis priuari.& nu.38.*

37 *Clericus ſi priuetur beneficio propter non reſidentiã an cogi poſſit ad reſtitutionem fructuum.*

39 *Pactum de retrouendendo pro modico pretio ſi interuenerit in contractu, an ob*

id

id contractus præſumatur feneratitius. & nume. 40. & 41.

42 *Res minus valet in ſecunda venditione propter onus annexum de retrouẽdẽdo.*

43 *Maioritas pretij cum pacto de retrouẽdendo, an faciat præſumi contractum vſurarium. & nu. 44.*

45 *Pretium legitimum conſideratur in retrouenditione. et nu. 59.*

46 *Contractus in dubio nõ præſumitur vſurarius.*

47 *Vſura eſt quicquid æſtimabile, accedit ſorti.*

48 *Vſurarius ad hoc, vt quis eſſe dicatur, an requiratur pactio, vel tantũ intentio.*

49 *Dolus, & fraus non poſſunt probari, niſi per coniecturas.*

51 *Contractus aliquis quando dicatur locationis, vel emphyteoticus.*

52 *Contractus an dicatur emptionis, vel permutationis, quando in eo interuenit pecunia, & ſpecies.*

53 *Qualitas deceptionis in pretio facit iudicare. de exceptione re ipſa.*

54 *Pactũ de retrouendendo, quĩ fit non ſimpliciter, ſed vſq; ad certum tempus, ante qđ non poteſt fieri retrouenditio, tunc contractus præſumitur feneratitius.*

55 *Cõtractus præſumitur feneratitius, quando in eo fuit appoſitum pactũ de retrouendendo cariori pretio cũ pacto quòd fructus in ſortẽ debeant computari. & nu. 56. 57. & 61. & 62.*

58 *Vſura eſſe non dicitur vbi nihil datur vltra ſortem.*

60 *Pactum de retrouendendo nõ habet tranſlationẽ dñij, niſi à tempore oblationis.*

63 *Simulatio an præſumatur in contractu, in quo quis dicit non intendere ſe aliquid ſimulatè agere.*

64 *Contractus pſumitur pignoratitius probata certa mutui petitione ſecuta pro eodem pretio venditione.*

65 *Contractus ſimulati, per quas coniecturas probari debeant.*

Quod hoc intendit in ſumma. Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re poſt certum tempus modico conſtituto pretio, pſumitur pignus, & non venditio. eſt ſingul. caſus ſecundum Abb. Diuiditur ĩ duas partes. Prima narrat factum. Secunda dat iudices, ibi, quia igitur.
1 † Condeſcendo ad rationem dubitandi more ſolito, vt ea etiam mediãte cum ratione decidendi veritas iſtius notandi. c. pateat. videbatur enim dicendum, quòd contractus non deberet iudicari pignoratitius, & ſic ſimulatus: ſed potius emptionis, & venditionis, vt verba inſtrumẽti cantabant. in dubio. n. contractus non eſt præſumendus ſimulatus, ſecũdum Bal. in. c. j. de notis feudo. in vſib. feudo. immò dicens contractum ſimulatum, & non probans ſpeciem ſimulationis non auditur. Bart. in ſuo conſilio incipiente Pet. Nicola. Bald. in. l. ab anaſtaſio. C. manda. Felyn. in. c. ſi cautio. de fi. inſtru. vj. fol. fi. col. And. in. c. raynutius. de teſta. xix. fol.
2 quod † etiam ſuadetur, quia delictum in dubio prĉſumendum non eſt, vulgata. l. merito. ff. ꝓ ſoc. & in. l. ij. C. de peti. hæred. vbi glo not. delictura enim eſſet facere contractum ſimulatum, maxime vſurarum, vt per Abb. in conſi. cxiij. vol. ij. patet ex. c. imperiali. §. ſcriba. de ꝓhibi. feu. alie. per Fede. & per Hoſtien. in ſum. de vſur. §. in aliquo. ver. quid de notarijs. vbi notarius talem contractũ conficiens, remouetur vt infamis, & periurus ab officio, & aliqñ amputatur ſibi manus. d. §. ſcriba. & aliquãdo criminaliter accuſatur per Felyn. in. c. ſi aduerſus. de hæreti. & per Ludo. ſuo ſingu. cclxxxij. & iſta fortius probantur, poſtquàm inſtrumentum confectum eſt de contractu emptionis, & venditionis: vnde talis omnino præſumendus eſt, quia conſtat inſtrumẽtalem probationem eſſe ꝓbationem probatam, vt voluit Imo. ij. col. in princ. in cle. j. de procura. & glo. in. c. penult. de fo. comp. lib. vj. vbi Domi. antepenul. not. clarius Bal. in fi. l. quotiens. de iudi. & in. l. j. C. vbi fiſc. vel priua. & in. l. pupillus. C. de vſu. pup. &. l. imperator. ff. de ſta. homi. aliquid per Felyn. in. c. ſignificauerunt. de teſtib. in. ij. col. & in ſimili dicimus de confeſſione, quòd eſt probatio probata ſecundũ Bal. in. l. deo nobis. C. de epiſ. & clerì. & Ange. in. §. penul. Inſtitu. de excep. penul. fol. ij. colum.
3 † Vltimo pro eadem parte adducitur vulgata regula. Nõ peccat qui legis authoritate aliqd facit. iura ſunt vulga. c. qui pec-

peccat. xxiij. q. iiij. c. de viduis. xvij. diſt. Sed deducta hic ad ꝓbandum contractum ſimulatũ, ſunt à lege ꝑmiſſa. ergo contractus debet eſſe permiſſus, q͞a ex veris nõ ſequitur, niſi verũ. ſecundum philoſ. quod autem ſint permiſſa probatur. hic. n. interuenit pactum de retrouendendo, quòd licet apponere in contractibus. l. ij. C. de pac. inter empt. & vendi. Item interuenit minoritas in pretio, & ſic deceptio, quæ poteſt interuenire vſque ad dimidiam iuſti pretij, vt diximus in. c. cum dilecti. ſupra eod. & ſi vltra dimidiam iuſti pretij fuit deceptio, q͞a dictio vix poſita in tex. hoc etiam modo poteſt intelligi ſecundum Imo. hic. j. colũ. adhuc tali casu contractus teneret in forma ſua emptionis, & vendi tionis, licet reſcindi poſſent ſecundum formam. c. cum dilecti. ſupra eod. cum ſimilibus.

4 † Iſtis tamen non obſtan. hic determinatur cõtrarium, quòd immò ex deductis contractus, præſumatur ſimulatus, & in ſpecie in fraudem vſurarum. & ꝓ ratione decidendi dici poteſt, quòd vnum adiũctum, vel ſubintellectum, vt inferius declarabo, iſtis duobus licitis de per ſe fecit præſumere vtrunque licitum, & tertium adiunctum fuit in ea parte, dum voluit, ꝙ de ſeptennio vſque ad nouennium poſſet pro eodem pretio emere, quaſi illo intermedio tẽpore volebat fructus lucrari: vnde quòd iſte tacitè potuit ꝑcipere ſine metu contractus illiciti, vt no. in. d. l. ij. C. de pac. inter emp. & vend. tamen in pacto, vel conditione ponendo, quòd certo tempore contractũ reuocare nõ liceat, induxit vſurarij contractus præſumptionem, pacto vero non appoſito emptor lucraretur fructus, q̃diu venditor, in cuius poteſtate erat cõtractum reuocare, eum non reuocauerit. Iſta ratio decidendi clarè concludit ſecundum intellectum communem, & Abb. de quo per eum fi. col. ibi tertius caſus: ſed ſecundum intellectum, quem infra firmabo, dico illud tertium illicitum ſubintelligendum ſemper duobus illis concurrentibus, vnde verum erit dicere ſemper ſecundum communem opin. de qua infra, quòd licet de per ſe illa duo, de quibus ſupra, liceãt diſiunctim, in contractu tamen emptionis, & vẽditionis ſimul iuncta faciunt vnum tertium oriri, & ſubintelligi, cuius rõne non contractus emptionis, ſed pignoratitius, & vſurarius iudicandus eſt. † Ex quo elicitur 5
reſolutio adducta ſuperius in contrarium pro ratione dubitandi, quia iſta eſt fortior præſumptio ratione illius adiun-

ẽti,ideò non immeritò ſi ſuperat aliam prǽſumptionem non
4 ita fortem. argu.l.diuus. de in integ.reſtit.&.c.literas.de prǽſumpt. Ex quo elicitur notandum,quòd fortis vna præſumptio ſuperat probationem inſtrumentalem, & ſic alias probationem probatam, maxime in iſtis contractibus vſurarijs. facit quod dicit Abb.ij.col.pal-
6 leg. cõſi.cxiij. ¶ † Not.primo do.Abb.quòd conſtitutio pœnalis habet locum non ſolum contra directè venientem contra iuris diſpoſitionem,ſed etiã contra fictè,& indirectè venientem, vnde pœna ſtatuta contra vſurarios procedit cõtra fictos emptores, qui in veritate ſunt vſurarij, facit.l.dubium. C. de legi.& reg.fi.de reg.iur. lib.vj. vbi dicitur, quòd is committit in.l.qui verba.l.amplectitur.& contra.l.nititur voluntatem. Ex quo & multis alijs. Abb.dicit ſe pridie conſuluiſſe in not. & nouo artic. an teſtamentum illorum qui vendunt rem cari⁹ propter ſolutionem pretij dilatam ſit ipſo iure nullum ꝑ diſpoſitionem.c. quanquam. de vſur.lib.vj.præſupponendo,ꝙ hoc ſit publicum, & indubitatum,& firmat ſe conſuluiſſe,ꝙ teſtamentum ſit nullum, quia tales ſunt vſurarij, vt in.c.nauiganti.de vſu. & publici ſunt ex quo publicè exercent, vt patet in libris eorundem, quod dicit bene notandum.Duo elicio ex
7 iſto not.Abb. † Primum,quòd teſtamentum illius qui rẽ vendit pro pluri in termino, quàm ſi de præſenti eſſet pecuniam recepturus,eſt nullum,ſi hoc publicum ſit. Secundum, quòd elicio eſt, quòd iura loquentia de publico vſurario verificantur, & intelliguntur in eo qui publicè ſe exercet in hoc. Circa primum eſt aduertendum,quia Fede.de Senis conſi.lxij. quem refert, & laudat Abb. dubitãdo tamen,in.c.cum in diǽceſi. de vſur. conſuluit contrarium ei⁹ quod hic dicit ſe conſuluiſſe Abb. quòd immò iſte talis non includatur in diſpoſitione.c.q̃quam.prǽalleg.licet bene includatur in diſpoſitione pœnali.c. quia in omnib⁹.de vſur.vt tanquam manifeſtus vſurarius arceatur à communione altaris, & ab eccleſiaſtica ſepultura, & vt ab eo oblationes non recipiantur, quia hoc expedit animabus vſurariorum, & nõ agitur de magno prǽiudicio,ſecus dicet Fede.in.d.conſil.ſi ageret ad irritationem teſtamenti. nã cum teſtamentum ſit res fauorabilis. de re iudi.in.c.fi.&.l.in teſtamentis. de reg.iur.debet lõgior & ſtrictior probatio requiri. iſtam tamen concluſionem Fed.licet vt dixi,laudauerit do. Abb.in dicto.c.cum in diǽceſi.

tamen

tamen in conſi. ſuo. ij. in. ij. volu. in. iij. col. faciendo de Fede. mentionem, dicit ſibi non placere reſtrictionem, ſeu differentiam. de qua ſupra per do. Fede. duab⁹ rationibus. quia cum. c. in omnibus. loquatur ſimpliciter de manifeſto vſurario, & reperiatur declaratū illud verbū in. d. c. cum ī diœceſi. debet trahi ad. c. quanquam. quod eodē modo ſimpliciter loquitur de manifeſto vſurario. arg. eorum quæ Bart. dixit in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. ver. iuxta præmiſſa. vbi voluit, quòd propria verbi ſignificatio ſumatur ex authoritate iuris, vt ſi in aliqua iuris parte reperiatur illud vocabulum declaratum, vt per totum tit. de verbo. ſigni. Item dicit, quòd non apparet ſufficiens ratio inter pœnas. c. quāquam. &. c. quia in omnibus. quia in. c. quia in omnibus. agitur de pœna ſpirituali. at in. c. quanquam. de pœna temporali, & tamen magis eſt timenda pœna ſpiritualis, quàm temporalis. c. precipimus. xij. q. j. ergo ſi in pœnis ſpiritualibus ſufficiunt. vt dicto. c. quia in omnibus. iuncto. c. cum in diœceſi. idem dicēdum eſt à fortiori in temporalibus, & ſic in pœnis

8 . c. quanquam. ¶ †Tertio vides modo inductum. c. noſtrum, ꝓ eundem Abba. ponderando, ꝙ indirectè veniens cōtra. c. quia in omnibus. punitur pœnis ibi contentis, & opinionem Abb. hic refert ipſemet Abb. in. d. c. cum in diœceſi. quoſdam ſummos viros tenuiſſe, & conſuluiſſe ſecundum eam, licet de Fede. nullam fecerint mentionē. Aduertas modo, quia rationes Abb. in. d. conſi. ij. contra Fede. magis placent, quàm inductio facta de. c. noſtro, quæ certè parum facit poſtquàm iſti indirectè committentes vſuram, dicūtur veri vſurarij, vt hic Abb. ſatis declarat in primo no. Vnde non immeritò, ſi in iſtis habet locum diſpoſitio. c. quanquam. ſed in exemplo, quod ponit Abb. in quo dicit ſe conſuluiſſe, & in quo etiam conſuluit Fed. non ſunt verè vſurarij, ſed ficti, vt omnes affirmāt in. d. c. cum in diœceſi. quod patet cū fingimus, quando venditur ꝓpter dilationem cariori pretio, quod ſtatim emptor ſoluit verum pretium, & quia breui manu ſibi fuit ſtatim mutuatum cum illo lucro, quibus præſuppoſitis conſtat fictione iuris eē vſurarios tales venditores, non autem in veritate: ꝓpter quod non obſtantibus rationibus Abba. de qbus ſupra redditur conſilium ſuum difficilis ſuſtentationis, poſtquàm diſpoſitio pœnalis concepta, in caſu verò non trahitur ad caſum fictum, c. in noſtra. de iniur. l. tertia. §. hæc

.§.hæc verba.ff.de neg. geſt. ita Abb. poſt Ioã. And. in.c.Ioannes.de cleri.coniug. & ſi tu dicas iam reperiuntur parificata in illa pœna.c.quia ab omnib⁹. per.d.c.cum in diœceſi.reſpondeo, & not. quòd intantum eſt verum,quòd diſpoſitio loquẽs in caſu vero in pœnalibus non trahitur ad fictum, quòd etiam ſi in aliquo alias reperiantur illi caſus æquiparati,quo ad certam ſpeciem pœnæ non ꝓpter hoc fit extenſio ad aliam pœnam de nouo inuentam.ita ſingu.do.Abb.poſt Ioan.And. in d.c.Ioannes.inducendo.c.debitum. de biga.coniuncto.c.j.de biga.lib.vj. per quod tollitur, quòd aliàs ego pro Abbate inducebam, quòd quando aliqua ſunt æquiparata de iure,cõſtitutio noua ſupueniẽs in vno etiã pœnali trahitur ad reliquum.l. non tantum. C.de ſer.corrup. iuncta.l.ſi quis ſeruo.C.de fur. quia illud vt vides, non habet locum in fictione, & veritate de iure antiquo æquiparatis, vt probat illud ſingulare dictum Ioan.And. certè memoratu dignum,per quod videntur tolli rationes Abb. in.d.conſi.contra Fede. & eodem modo tolleretur inductio.c.tua nos. de

9 vſur.†dum probat, quòd reſcriptum contra vſurarium trahitur ad eius filium, vel hæredẽ, quos cõſtat iuris fictione idem eſſe,quia quo ad illas pœnas.c. quia in omnib⁹. admittetur iſta æquiparatio fictionis, & veritatis: non autem quo ad nouã pœnam reſultantem ex diſpoſitione.d.c.quanquam. Duabus tamen rationibus defendi poteſt conſi. Abb.& impugnari Fe

10 de.†prima animæ fauore, cui⁹ cauſa quæcunque, & qualiſcunque diſpoſitio pœnalis,ſeu correctoria extenditur, idem Ioã. And.in.c.ex tenore.qui fi. ſint legit.idem in.c.pro humani. de homi.lib.vj. vtrobique Domi. & Philip. Franc. poſt Barto. in auth.ſacramenta puberum. C. ſi aduer.vend. ſicut enim iſta ratione extenditur.c.quia in omnibus. per.c.cum in diœceſi. vt ibidem per ſcriben.eadem rõne extenditur ad.c.quanquam. p̄alleg. vbi eadem militat omnino ratio fauoris animæ.

11 ¶†Secũda ratio eſt,quia alias redderetur deluſoria diſpoſitio prædicti.c.quanquam.quia indirecte vſurarij ſupradicto modo exercendo vſuram euitarent illam conſtitutionem, ꝙ eſſet contra glo.ibi ſing. in ſimili ab omnibus approbatã, quæ vult extendi tex. ad codicillos,licet pontifex ſolum de teſtamentis loquutus fuiſſet ſola illa ratione,ne reddatur conſtitutio deluſoria. facit tex.not.in.l.ſi fundus qui locatus. cum.l.ſeq.ff. de fun. inſtruc. &.c.ſi ciuitas.

cum

cum alijs ſimilibus.de ſent. excom. lib.vj. quando enim ipſi vſurarij viderent, quòd teſtamẽta eorum valerent iſto modo vſuras exercendo propter dilationes magis vendendo, ita ſẽper facerent volentes euitare, vt dixi, pœnam illius.c.quod minime ferendi ſunt. Iſta quæ ſuperius dixi, reducendo difficultatem conſilio Abb.intelligo præſuppoſita communi ratione docto.vera, dum ꝑ fictionem affirmant iſtos vſurarios eſſe, quam tamen rationem infra in tertia limitatione reprobo, qua reprobatione vera exiſtente dictum, & conſi. Abb. audacius, & validius redderetur.

12 ¶ † Iſtam concluſionem Abb. quæ vera eſt, quæ habet, quòd vendẽs rem carius propter dilationem, dicatur vſurarius, per c.fina. de vſur. &.c.in ciuitate. duobus modis hic do. And. limitat.primo in fi.pen.colũ. q̃n pretium illud per vendentem non fuiſſet receptum, quia vt habeat locum diſpoſitio.c.q̃q̃. oportet præſupponere, & articulare, quòd illud pretium vltra ſortem fuerit receptum per eum, quẽ vſurarium dicimus. Vnde debet eſſe cautus aduocatus, quòd ponat in libello, ꝙ pretium, ſeu vſuras ille talis vſurarius receperit, aliàs ſuccumberet agens: declaro propter iuuenes, quòd non ſufficit probare aliquem dediſſe ad vſuras, vel vendidiſſe carius propter dilationem, niſi probatum fuerit, quòd vſuras receperit mutuans, vel vendens modo, de quo ſupra receperit incrementum illud, quod poſuerat rõne dilationis, ita firmat ſolemniter Io. And. per tex. ibidem in d.c.quanquam. in princ. dum dicit de vſuris, quas receperint &c. & ibi do. Ioã. And. ita de facto vidiſſe ſeruari, de quo fecit feſtum Pet. de Anch.conſ. cclxxvij. incipien.de titulis. & Domi.in prealleg. c.quanquã. & ibi do. Bald. quòd in materia illius.c. non habet locum fictio, quæ dicit, quòd promiſſio & ſolu. ſunt paria.l.fina. C. ad leg.fal.l.iij.ff.de calum. de iſto dicto Io.And. fecit mẽtionem etiam do.Fely.vij.colũ. in.c.in præſentia.de proba.& firmauit illud dictum do.Lau.de Rodul. in ſuo tract. de vſur.q.lxxxviij.

13 † Modo aduertas, quia do.Io. de Ana. in.c.poſt miſerabilem. de vſur. argum. tex. ibi probat illum eſſe vſurarium, cui facta eſt promiſſio.de vſu.ſoluen.dubitat vehementer de iſto dicto Io.And. Secundo contra eum adducit, quia ſi in libello fuiſſet dictum illum manifeſtum vſurarium certum eſt, quòd intelligeretur non ſolum mutuaſſe, ſed etiã recepiſſe, vt voluit do. Lau. vbi hic proxi. limitando illud

illud dictum Io. And. ergo eodem modo dicit ipſe, quando 4 diceretur in libello, † quòd mutuauit publicè ad vſuras, intelligeretur, & recepit, quia libellus ſuſtentari debet quomodocunque, & qualitercunque poteſt. ita Anto. & alij in.c.conſtitutus.de relig.domi. & in.c.examinata.de iudi. ita dixit Io. de Ana. in.c.quia in omnibus. de vſur.in.vij.colū. eodem modo dubitando de do.Io.And. Idē & tertio loco in eodem.c.quia in omnib⁹.in.vij.fol. & iij.col. in.xj.q. iterum inſurgit contra Io.And. de eius dicto dubitando alia ratione, quia vſurarius habet actiones ad vſuras petendas, & qui actionem habet ad rem, ipſam habere videtur. vulgata.l.qui actionem. ff.de reg. iur. iſta ſunt quæ ego reperio contra illud dictum Ioā. And. communiter tamen approbatum. ideò aduertas rogo ꝓ intelligentia, quia non eſt negandum mutuantem ad vſuras dici vſurarium, ad hoc, vt iſte talis compellatur remittere obligationem. quo caſu intelligitur.c.poſt miſerabilem. in quo Io.de Ana. fecit primum fundamentum, & eodem modo poteſt intelligi.c.j. de iureiuran. & quòd vltimo dixit proxime prædictus Ioā.de Ana. dum dixit, qui actionem habet ad rem &c. Sed quo ad diſpoſitionem.c.quanquam. eſt impoſſibile, quòd dicatur vſurari⁹, niſi qui receperit, vt ibi tex.in prin. demonſtrat, & per totum.c.dū de cautione præſtanda loquitur de reſtituendis vſuris. quomodo ergo poſſet applicari reſtitutio vſurarum in eo qui nō recepit, certè eſt impoſſibile, qa ꝗbus verba legis nō adaptātur, nec eius diſpoſitio adaptari poteſt.c.indemnitatibus.de elect. lib.vj. circa fi. &.l.hos accuſare. in.§. omnibus. ff.de accuſa. facit quod do.Felyn.in.c.nonnulli.de reſcript.viij.fol.ij.col. dixit, illud.c. indemnitatibus. melius eſſe de corpore iuris ad hoc proban. & iſtud eſt, quod voluit Bald in.d.c.quanquam. in apoſtil. quòd ibidem non habet locum fictio, quæ vult, ꝙ promiſſio, & ſolutio ſint idem, vt ſupra dixi, & eodem modo dicas contra Ioā.de Ana. quòd ibidem non habet locum fictio .l.qui actionem habet ad rem. ff.de regu.iur. nec obſtat quod ſecundo loco dixerat prędictus Ioan.de Ana. de libello latè interpretando, quia dico, quòd quamuis latè interpretetur, niſi tamen probentur quæ in eo deducta ſunt concludenter, libellus ipſe non latè interpretabitur, poſtquàm neceſſario debet concludere, vulgato.c. in præſentia. de probatio. & per hæc manet defenſatum dictum

ctum Ioan. melius quàm alibi. In vno tamen ſtat iudicio
15 meo difficultas. †circa iſtud dictum Io. And. pp an mutuum factum ad vſuras præſumatur vſurarius vſuras recepiſſe, quia quando conſtaret, quòd non recepit, vt dixi; quæſtio non haberet dubiũ. pono exemplũ, vt intelligatis, conſtat aliquem mutuaſſe ad vſuras, ille, cui mutuauit, repetit vſuras ab eodem vſurarius negat ſibi vſuras ſolutas, quæritur an iuris præſumptione præſumantur ſolutæ, ꝙ ſi præſumeretur, dictum Ioan. And. eſſet falſum, ſi autem non præſumatur, cõſtat eius dictum eſſe verum: quod autem præſumatur vſuras recepiſſe. adduco glo. ſing. in ſimili in. l. neq; natales. C. de probat. quæ vult in materia probationum valere arg. à communiter accidentibus. ſed communiter accidit, ꝙ mutuantes ad vſuras eas recipiunt, & ſecretè, ergo ſatis cõcluditur eos eas recepiſſe. contra tamen firmat Bal. poſt Cy. in. l. j. C. de probatio. & alleg. in apo. in. l. ij. ff. de fur. vbi firmãt, quòd vſurarius qui conſueuit certum quid pro centenario accipere, niſi probetur, quòd receperit, non præſumitur. & ita ẽt firmat Anan. in. c. quàm pernitioſum. de vſu. in. iiij. col. poſt
16 Cal. conſil. vj. dicentes, †quòd agens ad reſtitutionem vſurarum non probans ſolutionem, ſed ſolum quòd ille erat ſolitus publicè vſuras exercere, nihil aget, & ſuccumbet. ita firmat Archidi. in. c. j. de vſu. in ſexto. Bal. tamen ibi in apoſtillis declarat Calde. & Archidi. verum dicere in alio contractu quàm mutui, quòd non probetur vſurarius ex illa probatione, quia conſuetus eſt fęnerari, ſecus in contractu mutui. argum. notatorum in. l. rogaſti. ff. ad trebel. quia tunc non ſolum in genere erit vſura probata, ſed in ſpecie, quo ad reſtitutionem quam petit, & iſta recitat Ioan. de Ana. in. d. c. quàm pernitioſum. in v. col. aliter non declarando, nec approbando. & licet Bal. contradixerit in. d. l. j. C. de probat. de quo ſupra feci mentionem, ſemper tamen mihi placuit dictum ei' in. d. c. j. de vſu. in apoſtil. dum vult, quòd ſi probetur aliquẽ conſuetum fœnerari, & recipere vſuras ex mutuo per eum facto, ſi poſtea per aliquem conueniatur, qui probet ſolum mutuum ſub vſuris recepiſſe, licet non probet ſolutionem vſurarum, iuris tamen præſumptione præſumeretur ſoluiſſe, & pro eius comprobatione facit illud argumentum à communiter accidentibus, de quo
17 ſuperius dixi, quòd † modo applico, & reſtringo verum con-

contra eum, contra quem agitur, quòd ipſe conſuetus fuerit recipere pecunias vſurarias, qa contra eundem omnino præſumetur dicta ratione, & etiam alia, quia ſemel malus in eodẽ genere mali ſemper præſumitur malus, ſecundum Bart. in. l. caſſius. ff. de ſena. & Dy. in reg. ſemel malus. non autem volo, quòd ea ratione, quia alij communiter hoc faciunt, arguatur contra iſtum, ſi iſte nunquam ꝓbaretur recepiſſe vſuras, quo caſu procedere poſſet doctrina Io. And. & communis, quæ habet quod debeat articulari, ꝙ mutuauit, & recepit ſub vſuris: ſed quando ipſe conſuetus fuit mutuare, & recipere ſub vſuris, non video quare contra eum non præſumatur: tum quia ſemel malus, tum quia conſuetus mutuare, & recipere ſub vſuris. quæ conſuetudo multum operatur, iuxta. l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. de qua per glo. in. c. illo vos. infra de pigno. & maxime iſta concluſio eſſet vera, ſi ab iſto qui ab eo repetit, tunc aliàs probaretur recepiſſe vſuras. quæ cum diligentia notabis, quia ſunt ſingularia iudicio meo: & habent maximam iuris conſonantiam, & magnam veriſimilitudinem, & per conſequẽs imaginem veritatis. arg. eius quod dixit Bal. in. l. j. C. de ſer. fugi. quicquid Bal. & Cyn. dixerint in. d. l. j. de probatio. & Alexan. in prælleg. l. ij. ff. de fur. nihilominus quia caſus ſaltem dubi⁹ iudicaretur, propter ea quæ ſuperius adducta ſunt, ſubmitto me correctioni domini mei, cui hoc opus oblatum

18 eſt. ¶ † Secundam dat limitationem hic do. And. ad illud. c. fin. & c. in ciuitate. de vſur. circa iſtos vendentes rem carius propter dilatam ſolutionem, quia non procedunt illa iura quando venderetur domus, vel prædium, præſertim ſi interim fructus perciperẽtur ex eiſdem quaſi procedunt illa. c. quando quis vendit granum, vinum, oleum, & ſimilia, quæ conſiſtũt in pondere, numero, & menſura. ita voluit Bal. ſingul. in rub. C. de vſur. cum quo tranſit hic And. dicendo ita temperãdum dictum Abb. hic. pro quo allegat etiam Ancha. in ſua diſputatione incipiente modernis temporibus. & ſecundum eum ꝓbat tex. formaliter in. c. fina. de vſur. Saly. vero in auth. ad hæc. C. de vſur. de quo alius mentionem hic non facit, reprehendit iſtam limitationem, & Lau. de Rodul. eodem modo in. d. c. fin. in ſua repet. & Io. de Ana. in. c. in ciuitate. in. ij. col. vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem ſcribentium eadẽ omnimoda ratione, quæ in mercibus conſiſtentibus pondere, nu

mero

mero, & menſura, quicquid Ancha. dixerit defendendo do. ſuũ Bal. de quo etiam idem Ana. in eod. c. in ciuitate. iiij. fol. fi. col. in conſiſtentibus enim in pondere numero, & menſura dicimus, quod fingitur ſtatim ſolutio facta ab ipſo emptore, & p̃tium ſibi reſtitutum, quaſi contrahatur de nouo mutuum cũ lucro illius exceſſus. quæ ratio idem omnino concludit in vẽditione rei immobilis, ſecundũ eos. certè ſi iſta fuit ratio illorum capitulorum, de qua aliter non conſtat, quàm ex relatione doctorum, aliter dici nõ poteſt, niſi quod Bal. male dixit, arguendo à ratione; ſed ſi conſideramus aliam rationem ad illa capitula, quæ magis veriſimilis videtur, quam forte ſenſit Bal. dictum ſuum eſſet verum, & poteſt eſſe talis, in. d. c. venduntur res conſiſtentes in pondere, vel numero, vel menſura: in quibus conſtat mutuum cõſiſtere, in quo mutuo proprie vſura committitur: merito q̃n in iſtis fit venditio pro maiori pretio propter terminum, cõtractus eſt vſurarius, non propter fictionem, de qua ſupra, ſed potius quia præſumitur cõtractus ſimulatus, quia volendo mutuum facere, fecerunt contractum emptionis, ne conuenirentur per canonem contra vſurarios editum. arg. ſingu iſtius. c. vbi contractus emptionis fuit iudicatus pignoratitius propter coniecturas, de quibus in tex. ita in propoſito quæſtionis noſtræ contractus emptionis iſtarum rerum propter iſtã præſumptionem dilationis dicetur, & iudicabitur cõtractus mutui, licet nõ proprie ſaltem conſiderata intentione ipſorũ vſurariorum, hoc dico, quia in iſto caſu ſolu. in alio conſiſtebat declaro, quia intẽdebat mutuare res conſiſtentes in pondere, numero, & menſura. & ſolutionem ſolum recipiebat in pecuniam, quod eſt contra naram mutui, vt in. l. ij. & quod
19 ibi Bar. ff. ſi cer. pet. † Sed vt dixi in iſtis magis conſideratur intentio, quàm rei natura, vt probatur in. d. c. in ciuitate. & in. c. noſtro. per quod concluditur, quòd ſiue fiat ſolum exceſſus veri valoris ĩ re mutuata, ſiue in eius valore à principio deſtinato non eſt facienda differentia quantum ad hoc, vt vſurarius conuincatur, quo caſu limitandum puto tex. in. d. l. ij. cum ibi not. ſi cer. peta. Et iſta mea ratione extante, quæ iudicio meo magis conſona eſt, quòd fiat tranſitus ad alium contractum veriſimilem, quàm quòd faciamus fictionem, de qua ſupra ab æquitate canonica, & eorum ſimplicitate valde alienam, vt infra tertia limitatione

tione apertius demonſtrabo: dictum Bal. eſſet ſingul. & menti tenendum, quòd ille tranſitus ad alium contractum mutui ſ. nō poteſt fieri, poſtquàm ſubiectum rei immobilis poſſeſſionis ſ. vel domus non eſt bene diſpoſitum, quia in eo mutuū conſiſtere non poteſt, ſed ſolum in rebus conſiſtentibus in pondere, numero, vel menſura, vt legitur, & notatur in præallega. l. ij. ſi cer. peta. in habentibus enim veriſimilitudinem facilis eſt tranſitus de vno ad aliud. arg. not. in. l. quod nerua. ff. depoſi. in. c. enim noſtro fuit habitus tranſitus ad contractum pignoratitium, quia talis fuit veriſimilitudo poſtquā contractus videbatur illicitus. ita in propoſito quæſt. noſtræ de cōtractu emptionis iſtarum mercium fiet tranſitus ad carū mercium mutuū, quod eſt veriſimile poſtquàm in eis conſiſtere poteſt, quod quia nullo modo conſiſtere poteſt in domo, poſſeſſione, vel ſimilibus. meritò in eis non habebit locū diſpoſitio dictorum. c. quod eſt ſingul. & ſingulariter notandū pro Bald. defenſione, & Pet. de Ancha. & And. hic, qui nudè, & ſimpliciter ſequebatur eorum dicta, de contraria communi opinione nullam faciēdo men-
20 tionem. † Tertiam modo do tibi limitationem ad illud. c. fi. & c. in ciuitate. de vſur. & dictū Abb. hic, quia non procedunt quando ſumus in loco, in quo portantes merces ad vendendum, non inueniunt ementes, niſi ad terminum, quia tunc ſi vendendo ad terminum nō eſt vſura, licet pro maiori pretio vendant dilationis ratione. ita voluit Saly. ſingu. in præalleg. authen. ad hæc. C. de vſur. quia in iſto caſu ceſſat ratio fictionis, de qua ſupra proxi. limita. dixi, quia pecunia non poteſt videri ab illis tradita, & poſtea illis mutuata, poſtquā illā promptam ſolutionem non habebat quod erat neceſſarium ad illam fictionem conficiendam, iuxta not. in. l. ſingularia. ff. ſi cer. pe. & iſto modo ipſe Saly. reprehendebat etiam Bal. in dicta rubri. C. de vſu. qui ſimpliciter in mercibus literam. c. fin. de vſu. comprobat, quia in mercibus hoc caſu non procedet illa diſpoſitio. & cum iſta limitatione trāſit Io. de Ana. in dicto. c. in ciuitate. Aduertas rogo, quia iſta limitatio nūquam mihi placuit, nec placet, quia talis conſuetudo loci non poteſt facere contractum licitum, qui de ſe eſt illicitus, maxime in iſto crimine vſurarum, vt legitur, & notatur in. c. quia in omnibus. de vſu. adeò quòd ſi totus mundus peccaret, non propter hoc magis diceretur contractus licitus

citus. argumen. tex. in. c. flagitia. xxxij. quæſt. v. iunctis not. in rub. de vſur. dum per omnes dicitur, & nota. vſuram eſſe crimen contra naturam. quicquid alias dixerit Bald. & male in .l. quod ſi fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de edil. edic. dum argu. tex. ibi voluit, quòd excuſaretur faciens contractum vſurarium, qui communi opinione licitus reputabatur. Præterea & ſecundo illud, quòd qs alias non eſſet venditurus, niſi cum dilatione, non facit contractum licitum, niſi concurrat vnum aliud quod dubitetur pl⁹ minusúe tempore ſolutionis res ſit valitura. tex. eſt in. c. fin. de vſur. ſæpius alleg. aliàs ſi illud ſecundum non concurrat contractus eſt vſurarius. ergo Saly. cum ſupportatione malè
21 loquitur. † Veniamus modo ad rationem ſuam, dum dicit, quòd fictio non poteſt habere locum, quia pecunia non poteſt videri ab illis tradita poſtquàm non habebant illã promptam, quia nullo modo ſuſtentabilis eſt iudicio meo, & ex ea enim abſurdum vnum ſequeretur, quòd quando emens ſecũdum modum. c. fin. & c. in ciuitate. de vſu. pecuniam non haberet promptam, non diceretur committere vſuram, poſtquàm ibidem fictio locum habere non poteſt, quod eſſet deſtruere illa. c. & illa ad nihilum reducere, poſtquàm veriſimile eſt, quòd qui haberet pecunias promptas de præſenti, non vellet propter dilationem rem carius emere: vnde ſi rectè conſidero, propter defectum pecuniarium de præſenti in. d. c. ille contractus celebratur cariori pretio propter dilationem. & talis iudicatur contractus vſurarius: ergo de directo contra Salyce. & Ana. & nunc diligenter not. quia iſta probant mirabiliter illam fictionem, in qua omnes doctores faciunt fundamentum, vt dixi in proxima limitatione nullo modo eſſe applicabilem. c. noſtris, de quibus ſupra, & per conſequens iuri canonico, quia not. eſt concluſio Barto. communiter approbata in. l. ſingularia. ſi cert. peta. in antepenul. colum. per. l. ſi pater. ff. de adopti. cum ſimilib⁹. quod lex non fingit ſuper impoſſibili, nec fingit ſuper re, quæ non eſt. l. quotiens. ff. de noua. vnde ſi pecunia non eſſet prompta tempore iſtius contractus, non poſſet fingi data mihi, & à me ad te profecta. facit quod idẽ dicit Bar. in. l. ſub conditione. ij. colum. ff. de ſolut. ergo manifeſtè demonſtratur, ſi non volumus corrumpere illa capitula, quòd in eis illa fictio non eſt applicabilis, poſtquã eſſet neceſſarium

præ-

præſupponere, quòd pecunia ementis eſſet prompta tempore emptionis, quia aliter fictio non poſſet habere locum, ꝙ in ſe nullam habet veriſimilitudinem, immò penitus contrariã, quia ex eo quòd pecunias prõptas non habent, emunt ꝓpter dilationem cariori pretio. qđ perpetuo teneas menti, quia ꝑ hoc conſtat rationem, quã poſui ſupra proxima limitatione ad defenſam Bal. veram eſſe, & rationem communem falſam tanquàm deuiantem ab omni veriſimilitudine, arg. ei⁹ quod dixit Bal. in. d. l. j. C. de ſer. fug. dum voluit, quòd illud quod deuiat à veriſimili, habet imaginem falſitatis.
82 ¶ † Quartam limitationem poſuit Salyce. in dicta auth. ad hęc. dicendo non procedere. c. fin. & . c. in ciuitate. de vſur. in mercibus venditis alteri mercatori, qui tenet in fundigo ſuo rem mercalẽ, tum quia talis cõtractus carius vendendo propter dilationem nõ eſſet vſurarius, quia in talibus quotidie creſcit, & decreſcit valor, tum quia ille qui recipit dilationem petit cauſa lucri ſui faciendi, eodem modo reprehendendo Bal. in dicta rub. de vſur. qui ſimpliciter in mercibus litteram. d. c. fi. comprobabat. Et ſequitur iſtam limitationẽ Io. And. in. d. c. in ciuitate. in. iij. colu. mihi tamen iſta limitatio non placet, quia in ratione ſua Saly. dicit contra præalleg. iura, maxime cõtra. c. fin. du dixit Saly. ꝑ ratione quòd in talibus quotidie creſcit, & decreſcit, qđ ſi eſſet verum fruſtra tex. in. d. l. fi. diceret, niſi ſit dubium pl⁹, vel minus ſolutionis tempore valebit &c. & tamen ſi conſideras tex. loquitur ibi in mercatore, vt conſtat in prin. c. & poſtea in alijs ver. repetit per dictionem quoque. quo præſuppoſito dico fortius, quòd nec illa dubietas ſola ſufficeret mihi, & concurrat aliud quod vendens, aliàs non fuiſſet vendíturus, vt probat ibi tex. apertè, ꝗ vt dixi in mercatore loquitur. ergo de directo Saly. dixit contra illum tex. tertio eodem modo dico contra eundem Saly. quòd intentio, vel lucrum illi⁹ qui recipit ſub vſuris nihil affert vſurario ad eius excuſationem. facit. c. ſuper eo. & . c. cõſuluit. de vſur. & tex. & quod ibi Abb. ſecundo not. in. d. c. fi. de vſur. qui ponderat tex. loquentem in mercatore eunte ad nundinas lucri cauſa, quia poſſet euenire contrarium, qđ perderet, & vſurarius maneret in tuto, quod eſt contra vltimã rationem Sal. de qua ſupra. tenenda ſunt ergo illa capitula, vt iacent, & vt Bal. voluit in dicta rub. de vſur. reiectis limitationibus captioſis, & periculoſis

loſis nullum in ſe fundamen-
23 tum verum habentes. † Expeditus de prima concluſione habita ex primo not. Ab, deuenio ad ſecundam, in qua dixi, quòd iura loquentia de publico vſurario intelligantur, & verificantur in eo qui publicè exercet vſuras. Pro cuius intelligentia videamus concluſiue quis dicatur manifeſtus vſurarius, poſtquàm iura canonica circa pœnas imponēdas afficiunt ipſos manifeſtos vſurarios, vt in c. quia in omnibus. & in c. cum in diœceſi. de vſu. & in c. quanquam. eod. tit. lib. vj. in quo dubio variè canoniſtarum reperiuntur opin. vt videri poſſunt per Abb. in q. vlti. in d. c. quia in omnibus. vbi per Io. de Ana. per quatuor colum. incipiendo à ſecunda, melius tamen & ſingularius per eundem do. Abba. in conſi. ſuo. ij. in ij. vol. conſiliorum. quod rogo videat quicunque. q. iſtam attigerit, quia ibi refert octo opiniones, adaptando opiniones gl. c. j. & c. quāquam. de vſu. lib. vj. in quo conſil. ipſe Abb. concluſiue te-
24 net, † quòd iura in iſta materia loquentia non requirunt facti neceſſitatem, nec tacitam, nec expreſſam, ſed exigunt duntaxat qualitatem manifeſtationis, vt patet in d. c. quanquam. & ideò dicit, quòd ille dicitur manifeſtus vſurarius, contra quem eſt notorium iuris, vel facti, vel de quo eſt communis proclamatio, & inſinuatio procedens ex certa ſcientia, & certis authoribus, & qui probari poteſt, quòd eſt vſurarius, ex quo incidenter videtur, quòd male hic dixerit do. Abb. dum in fi. ſui notab. j. dixit, vt patet in libris eorundem, quia ꝑ prædicta non videtur, quòd ſolum libris conuinci poſſit, vt voluit glo. in c. ſanè. ij. xiiij. q. ij. in verbo librorum, quam Bal no. in l. j. de ſac. ſan. eccle. quem ſatis ſequitur Abb. in d. conſi. ſaluari poteſt Abb. hic, dum dixit, vt patet ex eorum libris. quod intelligendo. ſ. quòd publicè exercuerunt vſuras, alias nō; ſed vt vel potius dixiſſet. Iſtam cōcluſionem Abb. vbi ſupra quæ fuit pro glo. quod manifeſtum hic debeat conſiderari tanquam infamia quædam, & non tanquam qualitas concomitatiua delicti tenuerunt communiter ſcribentes in locis ſuperius annotatis, licet aliqui contrarium ſenſerint, dubitando ta-
25 men, & malè declarādo, † ego vero ſaluo ſemper meliori iudicio, dico, indubitanter iſtam qualitatem manifeſtationis debere eſſe concomitatiuam delicti, & ſi non fuerit nullo modo dicetur manifeſtus vſurarius, vt comprehendatur in diſpoſitione illorum. cc. iſtam qualitatē

petentium, & per conſequens audeo dicere, quòd glo. & doc. quę hucuſque contra dixerunt, malè dixerint, quia non ꝓbant artem exercuiſſe vſurarum manifeſtè, ſed probant de præſenti rem manifeſtam, vel notoriam in quo magna eſt differentia, & pro iſta mea concluſione adduco tex. apertum in. c. j. de vſur. in vj. ibi, dum tex. dicit publicè fęnebrem pecuniam exercẽtes, pòdero illa verba publicè exercentes, & tex. poſtea, dum dicit hm̃oi manifeſtos vſurarios: qs enim recti capitis diceret illa verba apertè non demonſtrare qualitatẽ manifeſtationis debere adeſſe tempore perpetrati delicti; certè null⁹, facit in ſimili tex. in. c. inter dilectos. de exceſſ. præla. Vbi tex. dicit clericũ vnum vſurarium manifeſtum, vtpote, qui. xj. denarios ꝓ. xij. in ludo mutuauerat, pondero verbum in ludo à communiter accidentibus. quod ſenſit hic mirabiliter do. Abb. in fi. iſtius primi nota. dum dicit, publici ſunt, ex quo publicè exercent, in quo melius hic Abb. quã alibi locutus eſt, licet in fi. dum dixit, vt patet ex eorum libris, deſtruxerit quod proximè dixerat, niſi intelligas, prout incidenter dixi ſupra in primo iſti⁹ ſecundæ concluſionis. Adduco etiam tex. pro iſta parte. in. c. ſuper eo. de rapt. iuncto. c. ſi quis vſuram. xiiij. q. iiij. & in. c. j. de poſt. præla. vbi probatur, quòd manifeſtum conſtat ex actibus publicè, & palam geſtis. facit quod Abb. in. j. q. in. d. c. quia in omnibus. de vſur. & quod Bal. ſingu. in. c. in præſentia. de

26 probatio. † vbi voluit, quòd ille, qui fatetur ſe à multis vſuras extorſiſſe, & non dixit publicè non dicitur, per hoc ſe publicũ vſurarium confiteri, quod ibi Fely. vj. col. in fi. magnifacit. & penul. col. in. c. auditis, de præſcript. & per hoc dicit, quòd teſtamentum illius non irritabitur. iſtud idem voluit Fede. cõſulendo, vt refert do. Abb. aliter conſilium, non ſpecificando in fi. d. c. quia in omnibus. immò ſi dixiſſet ſe teneri ad reſtitutionem vſurarum à multis publicè extortarum. non diceretur ipſe publicus vſurarius, niſi dixiſſet à ſe extortarum, qa potuit teneri vt hæres: Bald. in dicto. c. in præſentia. & Felyn. vtrobique, vbi proxime, & certè, ſi iſta iura, & authoritates non fuiſſent, adhuc hoc ratione probaretur, quia quotiens in iure habetur mentio notorij, vel manifeſti, intelligimus de notorio, vel manifeſto, qđ conſiſtit in facto, non autem quod conſiſtit in iure, ſaltem in diſpoſitione reſtringibili. tex. eſt no. cum glo. ſua. vbi Domi. in. c. romana. §. ſi autem. de appel-

pellatio. lib. vj. & ita formaliter not. Abb. in. c. dudum. el. j. de electio. & per hoc tolluntur modi probandi inducti ꝑ glo. dum de confeſſione, vel ſenten tia, & ſimilibus loquuntur, aliàs certè ſequeretur vnum abſonum, quod dicere deberemus omnes vſurarios conuictos etiam poſt mortem debere pœnis puniri, de quibus in. c. quia in omnibus. & in. c. q̃quam. quod ſi manerat Cardi. in. c. cum in diœceſi. de vſu. patet conſequentia, quia per probationem factam in iudicio, vel confeſſionem, poſt concluſionem, vel ſententiam res diceretur notoria. glo. in. c. ſigni ficauerunt. in ver. liquere. de teſti. & in. c. ex parte. in. x. col. de ver. ſig. & ꝑ cõſequens talis diceretur vſurarius notorius, & manifeſtus, qđ minime iura voluerunt, ſed ſolũ manifeſtè vſuras exercẽtes punire, & caſtigare iura voluerunt: magis enim iura deteſtantur delicta publica, quàm occulta, licet probari poſſint, vt in. c. veſtra. iuncto. c. fina. de cohabita. cle. & mulie. ſi voluiſſent enim ſimpliciter vſurarios caſtigare, dixiſſent ſimpliciter de vſurarijs. argumento. c. ad audientiam. de deci. & ideò meritò reprehenditur Cardin. proxime allega. in. c. cum in diœceſi, vt refert Ancha. in repetit. c. canonum. de conſtitutio. & Abb. in dicto ſuo conſil. ij. in. ij. volum. quorum authoritas, & reprehenſio multum valet pro iſta mea con cluſione, licet ipſi poſtea aliter teneant, pro qua concluſione mea bene facit qđ voluit Bart. in. l. ij. ff. de furt. vbi voluit, ꝙ dicitur manifeſtus vſurarius, quando indifferenter quis in camera ſua mutuat ſub vſuris, cuilibet poſtulanti, licet nullum erexerit altare ad fęnerandum. argum. l. palam. ff de ritu nupt. Poſtquàm ergo concluſũ eſt qualitatem manifeſtationis coniunctam eſſe debere exerci-
27 tio vſurarum. † Quæro modo quis dicetur notoriè, vel ma nifeſtè exercere crimen vſurarum, in quo aduertas, quia cognito quod dicatur notorium, & quod manifeſtum, ſtatim co gnoſcetur notorius & manifeſtus vſurarius. dico igitur, ꝙ notorium facti, de quo loquimur, diffinitur iſto modo, quia eſt factum ſic exhibitum conſpectui hominum, quòd nulla poteſt tergiuerſatione celari, vt in. c. euidentia. de accuſatio. & in. c. cum dilectus. de purg. canon. & ideò dicit ibi tex. quòd notoriũ dicitur quod ſit teſte vicinia, quod intelligunt doct. vel maiori parte viciniæ, dum tamen maior pars non ſit, vel conſtat ex minori numero. x. ita debet intelligi glo. in. c. de

manifeſta.ij.q.j. quæ voluit ad inducendum notorium ſufficere ſcientiam.x. ex quo concluditur, quòd in loco vbi nõ ſunt decem, non poteſt notorium oriri, ita voluit Abb.ſingu.poſt Innoc.in fi.c.veſtra.de cohabi. cle.& mu.& Spec.in tit.de noto.crimi.§.ſed iam de notorio. ver.porro notorium . cum pluribus ver.ſeq. & ſentit do.Alexan.in addit.poſt Bal.iiij.colũ. in.l.ea quidem.C.de accuſa.facit quod Bald.in.l.ciues.C.de app. Ex quibus facile iam cognoſcere poteris quis dicatur notorius vſurarius, manifeſtũ autem prout differt à notorio diffinitur iſto modo, q̃a eſt publica, ſeu clamoſa inſinuatio, vel proclamatio, & communis ex certa ſcientia certis authoribus prouenjens, & quod probari poteſt: ita communiter ꝑ omnes diffinitur, vt per Io.An. & Io.Cald.in.d.c.veſtra.& per Spec.in.d.tit.de noto.crimi. in.§.ſequitur de manifeſto. & differt à fama, quia illa procedit ab incerto authore, & ſola ſuſpitione: manifeſtum vero ex certa ſcientia, & certis authoribus.ita Abb. in.d.conſi.ſuo.ij. in fi.col. per hoc ſaluans illam communem opinionẽ, de qua ſupra dixi, ſed cum ſupportatione nihil probat pro communi opin. & ſi rectè intelligatur diffinitio per eum adducta, nõ repugnat cõcluſioni meæ. pondero enim quod dixit in diffinitione ex certa ſcientia, & certis

28 authoribus. †Pro cuius intelligentia quæro quot numero debent eſſe iſti certi authores ad inducendum manifeſtum, & ſi tu dicas duo, vel tres, prout ſentiunt docto.cõmuniter, & Bal. voluit in.l.j.de ſacroſ.eccl. præcedente fama contra eum, certè errares, q̃a ad minus authores à q̃bus procedit manifeſtum, debent eſſe ſeptem conteſtes: ita dicit ſing.Ange.de Are. in.§.ex maleficijs.in.ij.col. Inſtitu. de actio. per tex. in.l.hæredes palam.ff.de teſta.ex quo ſequitur clara, & noua concluſio à nemine quem viderim poſita, qđ ille dicetur manifeſtus vſurari⁹ qui ſeptem ad minus præſentibus dedit ad vſuras.per confeſſionem vero, & ſententiam bene fateor, quòd vnus efficitur notorius, vel manifeſtus, ſed tñ per hoc non conſtat eum manifeſtè exercuiſſe, vt.c.voluit. niſi ipſe confiteretur ſe publicè exercuiſſe, quo caſu intelligo glo.de confeſſione loquentes. Obſtare tamen videtur tex. in c.cum in diœceſi.de vſur. probat enim ille tex.ſecũdum omnes, quòd argumentis quis ꝓbari poteſt vſurarius manifeſtus. ergo non eſt opus ſeptem teſtibus. Aduertas primo pro intelligentia, quia puto ſaluo me-

meliori iudicio alius ſit intellectus illius. c. quàm doct. credi derint. non enim dicit, ꝙ probetur manifeſtus vſurarius, per arg. ſed dicit, quòd in modo ꝓcedendi, quia accuſator nullus apparet propter timorem potentum, qui tuentur eos vſurarios: ideò ſi alijs argumentis conſtiterit eos vſurarios &c. quorum verborum dum dicit argu. eſt ſenſus iudicio meo, ꝙ in odium iſtorum potentum, & manifeſtorum vſurariorum, teſtes qui recipientur ad probandum eos manifeſtos, recipientur ſine partis citatione. ita dixit in ſimilibus terminis Hoſtien. & poſt eum Domi. in. c. pro humani. de homici. lib. vj. in pen. colum. firmando, quòd quotiens lex contentatur ſolis argumentis, poſſunt teſtes recipi ſine partis citatione, quod ē digito ligandum. & iſto modo intelligendo tex. illum, non habet difficultatem, voluit enim ibi Roma. pontifex prouidere circa modum procedendi, poſtquàm accuſator nullus apparebat propter timorem potentũ, & etiam ille tex. demonſtrat, iā princ. dum dixit, ſunt quamplurimi vſurarij, de quib⁹ minime dubitatur quin ſint manifeſti &c. non enim eſt veriſimile quòd ſtatim voluerit corrigere ſe, volendo, quòd argumentis probaretur, de quo dixerat minime dubitari. quod tamen ſecundum aliam opinionem neceſſarium eſſet dicere, quòd eſſet abſurdum. Vel ſecundo reſpondeo & dico, quòd dato ꝙ ſuſtineatur ille intellectus, ꝙ argumentis probetur aliquis manifeſtus vſurarius, non repugnabitur intelligentię meæ, de qua ſupra dicam, quòd argumēta, mediantibus quibus manifeſtus vſurarius probatur, debent eſſe manifeſta tempore exercitij, per ea quæ ſupra dixi. pono exemplum in eo quod doct. ponunt in. c. in ciuitate. &. c. cum in diœceſi. de vſu. & ſecundum quod Abb. hic loquitur in primo ſuo not. in vendente rem carius ꝓpter dilationem: iſtud vocant doct. vbi ſupra arg. Ego dico, quòd iſtud arg. vt ꝓbet aliquem vſurarium manifeſtum, debet probari contra eum manifeſtè, hoc eſt, quòd iſtum modum vendendi publicè, & manifeſtè exercebat, vt ſenſit ſolus Abb. hic in fi. ſui. j. nota. dum dicit, publici ſunt, ex quo hoc publicè exercebant, ꝓ quo facit glo. ſingul. in. l. cum proponebatur. in ver. quæreretur. de lega. ij. de qua facit feſtum Fely. in. c. edoceri. de except. in v. col. & in. c. iij. de fi. inſtru. in v. col. facit etiam glo. in. l. fi. C. fami. herciſ. quæ omnia perpetuo teneas menti: quia ſilet oē contra. & manet firma concluſio,

ſio, & noua declarata melius q̃
alibi. ¶ Secundum not. Abb.
hic aliter non expedio, poſtq̃
venit examinandum infra poſt
glo. in verſi. patet. ideò ibi me
29 remitto. ¶ † Ex tertio not.
Abb. notanda eſt illa glo. l. iij.
C. plus vale. quod agi. quæ vult
iuramentum non firmare con-
tractum ſimulatum, nec obli-
gat iurantem, quaſi ſimulatè vi
deatur appoſitum, quam not.
do. Alexã. poſt alios. in. l. ſi do-
natione. C. de colla. in. iiij. col.
quam etiam commendat Abb.
poſt Imo. in. c. cum contingat.
de iureiuran. iiij. ver. ij. col. vbi
omnino videas ne erres, quia
debet intelligi, quando iuramẽ
tum fuit ſimpliciter appoſitum
& non apparet quid voluerunt
circa iuramentum contrahen-
tes, quo caſu licet iuramentum
non obliget ad totalem ob-
ſeruantiam contractus ſimulati
propter vitandam cõtradictio-
nem eorum, quæ ipſi tacitè egẽ
runt, tamen obligat tale iura-
mentum in foro iudiciali ad
obſeruantiam contractus in ap
parenti, donec ſeruetur, quòd
tacitè fuit inter contrahentes
actum, ne videatur iuramento
abuti, & ꝓpter naturam quam
habet iuramentum, ſi non va-
let quod ago vt ago, valet vt
valere poteſt. vulgata. l. cum pa
ter. de lega. ij. c. quanto. de iure
iuran. ſed ſi apparet, quòd par-
tes voluerunt, quòd iuramentũ
intelligeretur interpoſitum ſu
per tali contractu, vt contract⁹
ſimulatus ſeruetur, & ne dete-
geretur ſimulatio, & iſto caſu
obligat omnino iuramentum
non obtenta prius abſolutio-
ne. ita firmat Fede. cõſ. cclxxix.
quem ſequitur Abb. in. d. c. cum
contingat. d. iiij. fol. vbi etiam
videbis quid quando iuramen-
tum fuerit interpoſitum ex in-
teruallo poſt contractum, de
quo videas do. Felyn. vij. fol. in
c. ſi cautio. de fi. inſtrumẽ. poſt
Barto. in. l. nemo poteſt. ff. de
lega. j. vbi concludunt tali caſu
contractum ſimulatum firma-
ri iuramento, quod eſt notan-
30 dum. ¶ † Vltimo not. Abb.
ex iſto tex. hæredem debitoris
poſſe allegare contractum fa-
ctum per defunctum fœnerati-
tium, & probare per præſum-
ptiones, licet defunctus tacue-
rit in vita, quod ego extendo
non ſolum verum, quãdo nul-
la turpitudo ipſius defuncti al-
legaretur, vt in caſu noſtro; ve-
rum etiã qñ eius turpitudo al-
legaretur: exemplum de filio,
qui poteſt impugnare teſtũ pa-
tris, allegando eum fuiſſe ma-
nifeſtum vſurarium, ſecundum
formam. c. quanquam. de vſu.
lib. vj. Ita voluit do. Signo. de
Honiod. in conſilio ſuo. xiij.
vbi ſingulariter proſequitur, an
& quando quis poſſit allegare
tur-

turpitudinem ſui pdeceſſoris: meminit Fel. de illo dicto excla mando in. c. lator. de re iudic. in. ij. col. Item dum Abb. in fi. iſtius vlti. nota. dicit per illum tex. ꝙ illud dicitur patere, qđ conſtat p præſumptiones, allegando in ſimili optimum tex. in. l. licet. de legat. j. quod not. ꝑpter ſtatuta: tu allega. tex. & ibi do. Abb. in. c. cum. P. de cle. non reſid. & glo. vulgatam in. l. ſi tutor. C. de peri. tuto. vbi Bal. ſingul. dicit hoc procedere etiam in criminalibus, vbi liquidiſſima probatio requiritur, allegan. caſum ſingul. in. l. ſi qui adulterij. C. de adulte. iuncta. l. fi. C. de probat. circa quæ videas melius q̃ alibi do. Fely. in rub. de proba. in. j. col. & ij. cõcluſio. & vide tex. in. l. talem. cum glo. ff. de hære. inſti. & c. Domi. in. c. ij. de cogna. ſpirit.
31 lib vj. † Limita tñ iſtud dictũ, & ſimilia ſecundum R. Alexan. ſingul. in. c. eccleſiaſticarum. j. colum. xj. diſtin. quando iſtæ præſumptiones cõſiſtunt poſt concluſionem in cauſa, aliàs ante non diceretur ex eis aliquid patere cum poſſint impugnari. allegat glo. in. c. ſignificauerunt. de teſtib. melius allegaſſet glo. fina. in. c. ex parte in chriſto. de verbo. ſignifica. quæ illud in confeſſione dixit, quam bene not. quia ſingularis ſecundum Anto. non omitto vnum in iſto vltimo not. Abb. in fi. verbis, quod aliàs non legi per eum, dum dicit, quòd facit ad ſtatuta. infertur ex eius dicto ſingul. quòd appellatione euidentis probationis in ſtatutis, comprehenditur probatio per præſumptiones, quod eſt verbum ſingulariſſimum, ſi verum cuius contrarium probat tex. in. c. forus. de verbo. ſign. qui vult, quòd propriè, & verè illa dicitur probatio, quæ conſtat ex teſtibus, & fide tabularum, quòd reaſſumpſit tãquàm verum dictum Felyn. in princ. titu. de probat. ibi inferendo ad ſtatuta, & allegando ad hoc Abb. in multis locis, maxime in. c. inſinuatum. de ſimo. & c. inter ſolicitudines. de purgat. canon. & in. c. at ſi clerici. de iudi. do. Abb. tamẽ Fran. de Are. in dicta rub. de proba. in. ij. col. poſt Bald. in. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. firmat, quòd appellatione probationis venit præſumptiua, etiam in materia ſtatuti, cuius dictum credo verum, quando aliter ꝓbatio haberi non poſſit, quam præſumptiuè. quo caſu etiam procederet doctrina Abb. hic. arg. eorum quæ multum ſingu. dixit Felyn. in. d. rub. de proba. ij. col. in fi. aliàs quando aliter de proba. fieri poteſt. contrariã opin. puto veram per illud. c. forus. & alia ſuperius inducta.

32 ❡ † Capio glo. iſtius not.c.& glo.in ver.patet.exponit.i.præſumitur, ex quo not.Abb.iuncto tex. quod vſurarius conuincitur per ſolas præſumptiones euidentes,adducit ad hoc bonū tex.in.c.cum diœceſi. de vſur. de quo dixi in alia lectione. poſtea dicit do. Abb. quod neque ex iſta glo. neque ex ſequenti colligitur clarè,ex quibus Papa hic colligit præſumptionem contra ipſum cōtractum in forma emptionis ſcriptum,& docto.hic ſparſim,& vario modo loquuntur, & aliquid ponunt in.c.illo vos,de pigno.vnde qa materia eſt quotidiana, dicit Abb. expedire vellem intellectum iſtius.c. & quorundam aliorum,cum.c.illo vos, enumerando quinque caſus.

23 † Primus eſt, quando venditio fit iuſto pretio,& ſolum opponitur pactum de retrouendendo, quo caſu contractus nullo modo pſumitur vſurarius,neq; pignoratitius, & tunc emptor lucretur fructus, donec retrouendatur,[nec reſtituendo computabit fructus in ſortem. iſte eſt tex. in.l.ij. C. de pact. inter empt.& vend. & iſtud procedit non ſolum iure ciuili, ſed etiā iure canonico, vt apertè vult glo.hic,& clarius Archid.in.c. plerique. xiiij.q.iij. & dicit hic tex. per locum ab epiſcopali, poſtquàm non ſolum ponderatur pactum de retrouendendo, ſed quòd non licebat quandocunque.Item quia hic interuenit modicitas pretij, vt infra clarius dicetur. ergo ſolum pactum non ſufficeret ad præſumēdum contractum vſurariū, ſed ſi contrahentes aliud egerint, tenētur de eis ſatisfacere. Ex iſto primo caſu minus dubitabili facio duas concluſiones. prima emptor cum pacto de retrouendendo,lucretur fructus, donec res retrouendatur, nec tunc computat fructus in ſortem.ſecunda quę elicitur,ſupra dicta non valet conſequentia titulus eſt reuocabilis, ergo cū fructibus inde perceptis. Deueniēdo ad primam concluſionē multū obſtat tex.in.l.qd ſi no lit.in fi.coniuncta.l.cum ante. in.§.pen.ff.de ędil.edic. & tex. apertus.in.l.imperator.ff.de in diem adiec. præd. duæ.ll.ꝓbāt contra propriè in pacto de retrouendendo.l.ſi vero imperator. probat, quòd facta venditione, donec alius meliorem attulerit conditionem, reſtituuntur fructus alio afferente meliorem conditionem,ergo falſa videtur prima concluſio. Pro reſolutione dicas diſtinguendo quòd aliquando facultas reſoluendi contractum, confertur in voluntatem venditoris,aliquando emptoris, aliquando alicuius tertij. primo caſu procedit

cedit doctrina Abba. hic in iſto cap. per tex. apertum in. l. ij. C. de pac. inter emp. & ven. ſecundo, & tertio caſu procedunt iura allegata ſuperius in contrarium, valet, quando facultas reſoluendi confertur in voluntatem emptoris, vel tertij afferentis meliorem conditionem; quia tunc facta reſolutione fiet reſtitutio fructuum, vel computatio in ſortem. ita probant illa iura, & ratio diuerſitatis iſtorũ caſuum eſt, quia quando poteſtas reſoluendi eſt in poteſtate emptoris, vel tertij, nihil eſt, ꝙ imputetur venditori; quare nõ fit reſolutio. quod ſecus eſt, qũ reſidet illa facultas in voluntate venditoris, quia cum ſit quid ſibi imputetur non reſoluendo lucratur ipſe emptor fructus interim perceptos. ita ſing. Io. And. in. c. illo vos. de pign. vbi etiam Abb. quod teneas perpetuo menti, ne erres cum dictis Abb. hic nude prolatis.

34 ¶ † Venio modo ad ſecundam concluſionem, quam dixi elici ex ſupra dictis, contra quã multum facit ꝑdicta. l. imperator. d. l. quòd ſi nolit. vbi titulus reuocabilis reuocatur cum fructibus, & ſi reſpondeatur cum Io. And. in. d. c. illo vos. de culpa, quæ poteſt imputari vno caſu, & alio non: obſt. multum. l. cum quis. ff. de cond. ob cau. de qua fecit feſtum Franc. de camera ſuis ſingu. in. j. fol. in fi. poſt Bal. in. l. fin. C. de vſu. & fruct. lega. vbi per illum tex. firmat, quòd quotiens titulus eſt reuocabilis, eſt etiam cum fructibus inde perceptis, & tamen loquitur ille tex. in eo, cui culpa potuit imputari, antea non reuocando, quia loquitur de eo qui fecit actualem donationem cauſa mortis, quã potuit quandocunque ante mortem reuocare. l. nõ omnis. ff. ſi cer. peta. & tamen quando reuocat dictam donationem, reuocat cum fructibus prædict. l. cum

35 quis. ¶ † Præterea & ſecundo contra illam concluſionem, ꝙ immò valeat illa conſequentia, facit tex. in. l. j. C. de his quib. vt indig. vbi Ange. Pau. de Caſt. & do. Alex. tertiò facit. l. prædonis. ff. de peti. hæred. & quod ꝑ eam not. Pau. de Ca. ibi, de quo & etiam de proximo fundamẽto facit mentionem do. Felyn. in. c. de quarta. de præſcript. in xij. col. in eleganti artic. clerici beneficiati priuandi beneficio ſuo aliqua ex cauſa, an in priuatione includantur fructus percepti à tempore quo priuari potuit, in quo videtur dicendum, quòd ſic ꝑ proximè dicta poſtquàm titulus erat reuocabilis; & licet ibi Fely. firmat in beneficio contrarium, propter dictũ Inno. in. c. cum noſtris. de conceſ. præben. vbi voluit, ꝙ talis

licitè

licitè tenet beneficium, donec priuetur, ex quo dicit do. Fely. quòd ſequitur bona conſequentia, poteſt beneficium licitè retinere, ergo fructus ex eo percipere, quòd ego aliàs comprobabam per.c.inquiſitionis. de accuſa. inducendo eum per locum ab epiſcopali, in princ. tamen nunc diligentius conſiderando video, quòd licet illa cõſequentia ſit bona, non tamen ſequitur, quòd reuocato titulo non reuocentur illi fructus, licet aliàs licitè percepti, patent in.d.l.cum quis. patet in emptore, de quo ſupra dixi, in cuius poteſtate erat reſoluere, & in tertio etiam afferente meliorem conditionem, quia anteq̃

36† fiat reuocatio donationis, vel anteaquàm fiat ſecunda venditio, vel anteaquàm tertius afferat meliorem conditionẽ, conſtat fructus eſſe illius, referendo ſingula ſingulis, ſed tamen reſoluto titulo reſoluitur cum fructibus; ſemper in iſtis dubitaui, ſed nunc nouiſſime concepi pro veritate, & concordia p̃dictorum talem diſtinctionẽ, quia aut titulus eſt onerofus, prout eſt titu. emptionis, & vẽditionis, & tunc data culpa eius in cuius fauore reuocatur titulus, vera ſit concluſio, quam feci ex dictis do. Abb. quia reuocato titulo, non reuocatur cum fructibus inde perceptis, & huic caſui poteſt applicari exemplũ illius qui reuocare vult venditionem, ꝑpter deceptionem vltra dimidiam iuſti pretij, quia dato quòd ille qui decepit, velit reſcindi contractum, hoc eſt rem reſtituere, non reſtitueret cum fructibus modo tempore perceptis, quia eſt imputandum agenti, qui incõtinenti non egit. vel ſecundo poſſet dici, ꝙ ibi titulus non poſſet dici ſimpliciter reuocabilis, ſed ſecundum quid, eo q̃ decepit volente, aut titulus eſt lucratiuus, vel onerofus, & nulla culpa datur ex parte eius, cuius fauore reuocatur ex dicto titulo oneroſo. & iſto caſu procedunt contraria ſuperius formata, quia reuocato titulo, reuocatur cum fructibus. Primo caſu.ſ.lucratiuo, procedet prædicta.l.cum quis. &.l.j.de quib. vt indi. & quod ibi Ange. & alij, nec repugnat dictum Innoc. in.d.c.cum noſtris. vt ſuperius ſing. declaraui, quia licet fateor fructus eſſe ſuos antequàm priuetur, ſunt tamen ſub cõditione, ſi titulus reſolutus non fuerit, & ſicut in iſto titulo lucratiuo non video quòd aliquid repugnet, quicq̃d dixerit do. Fely. in.d.c.de quarta.xij.colum. q̃a nullo modo concludunt eius dicta, niſi dum allegat vnam deciſionem Rotę de reſtit.ſpol. quarta. in nouis. cum ſeq. vbi volunt, quòd priuat

uatus beneficio, reſtituat ſolũ fructus perceptos, quando fuit inuaſor beneficij: eodem modo allegat vnam aliam determinationem Abb. circa fin. in. c. j. de celeb. miſſ. vbi dixit, quòd
37 † propter non reſidentiam priuatur clericus beneficio, non tamẽ reperitur dicit Abb. quòd arctetur ad fructuum reſtitutionem. vnde in. c. ex parte. de cle. non reſid. ille qui non reſidebat per decennium, fuit priuatus, non tamen fuit compulſus ad fructuum reſtitutionem. facit quod idem Abb. in. c. cum dilectus. de iure pat. & in vlti. not. & in. c. cum ſuper. ij. colũ. ver. ad primum. de cau. poſſ. & propri. quibus tamen non obſtantibus puto, quòd proxime dixi de iure ꝓcedere; & primo non obſtat quod dixerunt domini de Rota, quia eorum authoritas non eſt neceſſaria, & dicta per me non conſiderando poterant errare, eorum reuerentia ſemper ſalua, eodem modo dico de do. Abb. nec obſtat inductio ſua de. c. ex parte. de cle. non reſid. quæ prima facie fuit ingenioſa, quia dico, quòd tempore abſentiæ non fuit indign⁹ priuatione beneficij, ſed ſolum poſtquàm monitus expectatus tempore legitimo noluit venite, tunc enim incepit eſſe dign⁹ priuatione: ideò non immeritò, ſi ad fructuum ꝑceptorum reſtitutionem abſentiæ tempore non fuit compulſus, quia intelligitur, quòd quis debet fructus reſtituere ab eo tempore, quo beneficio priuari potuit. quod teneas menti ꝓ ſingulari intelligentia illius. c. ex parte. Non obſtat quod Abb. vltimo dixit in. d. c. cum ſuper. q̃a ibi loq̃tur in bonę fidei poſſeſſore, quę in caſu noſtro non p̄ſumitur, ſed potius mala fides, quando dignus eſt priuatione, ſtatim ab ea hora qua dignus fuit. doct. in. d. l. j. de his qui. vt indig. quo caſu certum eſt fructus reſtituere, tenetur ſecundũ Abb. iiij. col. in. c. grauis. de reſtitu. ſpolia. poſſet ꝓcedere dictum Abb. in. d. c. cum ſuper. caſu quo dictus priuandus beneficio bona fide potuiſſet habere alia dicta, & inconuenientia. Fely. in. d. c. de quarta. ꝓ conſeruatione dicti Inno. in. d. c. cum noſtris. nihil valeret, quia ꝓcedunt ab illa ſua falſa conſequẽtia, per quam credebat, q̃ ex eo
38 quòd fructus licitè aliquis † ꝑcipit, eos non obligetur reſtituere, quaſi propterea obligetur quis reſtituere, quaſi eos licitè non ꝑcepit, quod falſum ẽ, poſtq̃ etiam ſi fateamur, q̃ licitè fructus ꝑcepti fuerint, poſtq̃ ꝑcepti ſunt ex titulo reuocabili declarãdo, vt ſupra dixi, cõpellitur cũ reuocatione titu. fructus reſtituere, & ſi tit. nõ reuocetur ſed

ſed ipſe præmoriatur ante reuo caſionẽ, nullo modo erit obligatus fructus reſtituere, per q͛d ceſſat quintum fundamentum Fel.in.d.c.de quarta. d.xij.col. dum dixit, quòd horrendum incõueniens ſequeretur ex con traria opin.in eccleſia dei poſtquàm multi prælati committunt crimina digna priuatione dato quod de ipſis egerint pœnitentiam: tamen ſi morerentur, decederent in peccato mor tali, poſtquàm fructus licitè nõ perceperint, ſi contraria opin. vt dixi, eſſet vera, certè vt vidiſti iſtud inconueniens, eſt falſum, & minime ſequetur, quòd ipſe credit, quia dixi eos licitos ꝑcipere fructus, donec priuetur, ſi non priuatur, prout nemo priuatur, poſt mortem ad nihilum obligatur. tene menti, quia eſt defenſio ſingu. & vnica, doct. in præalleg.l.j.de his qui.vt indig. quicquid ibi Philip. Corn. tenuerit quam ſecutus fuerit Fely.in.d.c.de quarta.in titulo vero oneroſo, quando nulla cecidit culpa eius, cuius fauore fit reuocatio tit. procedit tex. in.l.imperator. & in.l.quod ſi nolit.alleg.in prin.huius ſecun

39 dæ concluſionis. ❡ † Veniamus modo ad ſecundum magis dubitabilẽ, ſecundum Abb. videlicet quando interuenit pactum de retrouendendo, ꝑ modico pretio, nunquid ex iſtis duobus debeat præſumi contractus fœneratitius, in quo relatis opinionibus cõcludit do. Abb. quod ſic, cum gl. licet dicat, quòd expreſſe hoc iure non probatur, nec iſte tex. probat ſecundum eum propter aliam præſumptionem magis vrgentem in eo concurrentẽ, & pro ſua concluſione ipſe ponderat quòd ex modicitate pretij præſumitur qualitas contractus, vt eſt gl.not.in.l.j.ff.de ſuꝑfic.alleg.Bart.in.l.eotem.in.§. maximus.ff.de public.facit tex.in.l. cum hi.in.§. modus.ff.de tranſact.nemo enim ſuum præſumitur iactare.c.ſuper hoc. de renun.l.cum indebito. ff.de probatio.putat tamen, quòd non ſufficeret quælibet pretij iniuſtitia, ſed debet eſſe pretium val de tenue reſpectu valoris re: du plici reſpectu.primo, quia contrahentes ſolẽt ſe in pretio deci pere.ſecundo minus valet propter illud onus retrouendendi in venditione poſitum.l.fundi partem.ff.de contrah.emp. ma xime hoc procederet ſecũdum eum, ſi emptor eſſet vſurarius, Ex dictis Abb. facio tres cõclu-

40 ſiones. ❡ † Prima tenuitas maxima pretij cum pacto de retro uendendo, facit præſumi contractum fœneratitium, ex qua

41 ſequitur. ❡ † Secunda, quòd propter pretij paruitatem præſumitur qualitas contractus.

Ter-

42 ¶ † Tertia concluſio, ꝙ ꝓpter onus annexum de retrouendendo minus res valet in ſecūda venditione. Antequàm examinem primam concluſionem oppono circa iſtam minoritatem pretij, vt cognoſcas vnum principium in iſta materia, qđ per docto. ſcriptum non legi. videretur enim per ſupradicta dicendum, quòd ſi non eſſet p̄tij minoritas, ſed maioritas contractus non diceretur vſurari*. conſeqñens tamen eſt falſum per tex. in. c. illo vos. infra de pigno. de quo infra in quarto ca-
43 ſu. probatur ibi, quòd † maioritas p̄tij cum pacto de retrouendendo, facit p̄ſumi contractum vſurarium, quæ videntur repugnare: tamen aduertas cum diligentia, quia nulla eſt repugnantia, ſed diuerſitas*, quæ diuerſis reſpectibus conſideratis minoritas, & maioritas pretij idem concludunt, quo ad p̄ſumendū contractum vſurarium, Diuerſitas eſt iſta, quia minoritas p̄tij conſideratur in venditore, in cuius facultate pendebat ſecundo emere. quo caſu ꝓcedat concluſio Abb. cum iſto tex. de minoritate faciente mentionē, ſecus eſt quando facultas retrouendendi pendebat à poteſtate emptoris, quia tunc petitur maioritas p̄tij ad contractum vſurarum p̄ſumendum. & iſto caſu ꝓcedit. c. illo vos. de pigno. qđ teneas perpetuo menti, licet aliter, & minus bene hic do. Flor. dixerit, quem hic. iij. colū. poſt prin. Imo. retulit. & ratio prædicti vltimi caſus eſt, quia cum ipſe emptor vult contractum reſcindere, lucratur illud plus p̄tij, & ſic illam maioritatem, ſed quando venditor vellet reſcindere, conſideratur minoritas p̄tij, quia illa dat ſignum, ꝙ interim emptor fructus lucre-
44 tur, de quo infra latius. † Ad ipſam igitur quæſtionem deueniendo ex Abb. relatione multi ſunt, qui aliam opinionem tenuerunt, videlicet, quòd iſta duo non ſufficiant ad contractum p̄ſumendum vſurarium, vt latius per Bar. Cepol. in ſuo tracta. ſimulationum. in vj. q. princip. vbi refert multos iſtam firmare opinionem, inter quos Inno. Ioan. And. Ancha. & do. Card. quorum aliqui ita aſſerūt ſe conſuluiſſe, & legiſtarū multorum fuit opi. in. d. l. iij. quòd etiam ſi tertiū concurreret, videlicet, quòd eſſet vſurarius nō ſufficeret ad ꝓbandum contractum vſurarium, quia vſurarij ſolent etiam bonos contractus facere, ita refert Ang. de Are. & ſequitur multum notanter. Inſti. de except. in lect. tex. ix. fol. vlti. col. tollendo ibi contraria, quæ formari poſſunt ex iſto. c. & illo. c. illo vos. dicendo, & probando alia interueniſſe in iſtis

iſtis.cc.propter quę contractus fuit vſurarius iudicatus, quam iſta duo, vt in eis patet. multorum tamen, & clariſſimorum virorum fuit opin. contraria, quomodo iſta duo ſufficiant, ſequendo glo.hic, & in.c.conqueſtus. de vſu. quem ſequitur hic Abb. dicendo in ſe eſſe veram concluſionem, licet aperto iure ſecundum eum non ꝓbetur. & iſtam opinionem in iſto articulo vocat in.j. & iij. colum.Imo.rationabilem poſt Archidiaco.in.c.plerique. xiiij. quæſtio.iij.& Anto.hic,& eam ſequitur do.And. ponderando ſolum verba tex. illa, quia fra⁹, & dolus,&c. poſtquàm iſta eſt ratio pontificis, à qua ſecundū eum arguēdum eſt; iuribus vulgaribus. certè bene loquitur And.ſi probaſſet, quòd quando iſta duo concurrunt pactū de retrouendendo, & minoritas pretij præſumatur dolus, quo nō probato, petimus principium. nec obſtat iſte tex. in quo aliud interuenit, quàm illa duo, vt ſupra dictum eſt. Ab. rationes etiam poſſunt facillimè confundi, poſtquàm dicit iſtud iure aperto non probari: facit enim fundamentum in magna modicitate pretij, quaſi per hoc præſumatur qualitas contractus, ex cuius dictis ſequeretur, quòd venditio facta, in qua quis deceptus eſſet vltra dimidiam iuſti preti præſumeretur ſimulata, & per cōſequens nulla ratione modicitatis pretij, conſequens tamen eſt falſum, per tex.& ibi not. ſupra in.c.cum dilecti.& ſi dicas, quòd Abb. intelligit modicitatem pretij ſimul cum pacto de directo vendendo, dico, quòd referēdo eius dicta capitulo noſtro, per eum confunduntur, poſtquàm hic erat minoritas conſiſtens in deceptione venditionis, quæ & iuxta dimidiam iuſti pretij tangebat cum pacto de retrouendendo: & tamen ꝓ hoc ſolum non iudicatur, non ꝓbatur in iſto tex. contractum vſurarium ſecundum eum: nec obſtat quod ipſe dixit præſumi qualitatem contractus ratione paruitatis p̄tij, quia fateor alio tamen reſpectu, quàm ſimulationis vſurarum, vt infra in ſecunda concluſione declarabo. non obſtat quod dicit, quòd ratione oneris de retrouendendo res, minus valet: ita intelligantur nota. in.d.l.fundi partem.& per Abb. in.c.cum Ioannes.de fi.inſtrumen. in j.colū. ſecus in retrouenditione, hoc eſt in ſecunda venditione, quia tunc nullo modo minus valet ſecundo ementi, poſtquàm tūc non dicitur onus habere aliquod, ſed immò potius liberatur ab onere impoſito in prima venditione, quod de ſe patet,

tet, & habet rationem, licet Ab. idem, quod hic dixit in. c. j. aliquibus. infra de deci. j. colum. dicendo, ita pluries in facto reſpondiſſe. † Et quòd multi in hoc errant, dubito tamen ne ipſe erret, in hoc ſalua ſemper eius pace dixerim, pono exemplum, vt melius intelligatis, quis iuſtius loquatur. Vendis mihi rem pro decem, cum pacto, quòd tibi debeam iterum vendere ad voluntatem tuam infra annum aliter prętio non ſtatuto in ſecunda venditione. Dico quòd intelligetur de legitimo, non autem de decem, ſi plus tunc valebat, quia propter illud onus de retrouendendo, minus valuit. quod tene menti, quia puto dicere veritatem. plus in hoc incidenter dico, quòd quando poteſtas retrouendendi reſidet in poteſtate emptoris, tunc adhuc in prima venditione non dicitur res minus valere, quaſi ibi nullum ſit onus, poſtquàm in eius poteſtate conſiſtit retro emere, iſtud aptè probat tex. quem ego ſolus induxi in. c. illo vos. de pign. vbi res fuit vendita ꝓ viginti tribus libris cum pacto de retrouendendo pro viginti ſex, reſidente poteſtate retro emendi apud ipſum emptorem: & tamen iudicatur propter exceſſum illarum trium librarum contractus fœneratitius. conſtat enim, quòd in prima venditione tantum valuit res, ſicut ſi alias fuiſſet vendita ſine onere, poſtquam exceſſus paruus trium librarum in retrouenditione fecit præſumere contractum vſurarium. quod teneas menti, quia eſt verbum valde ſingulare, & conſonans rationi ad limitationem dictæ. l. fundi partem. & notatorum per Abb. in. d. c. in aliquibus. & iterum dico not. quia per alium ante me non inuenies ſcriptum. & per iſta, vltima concluſio Abba. in iſto ſecundo caſu manet expedita, & confutata. ¶ Ad rem ergo ipſam deueniendo, dico, quòd † alijs rationibus eſt glo. opinio defendenda, ſi eam tenere volumus, quam firmat Albe. in. d. l. iij. C. plus valere quod agit. vbi dixit iſtam concluſionem glo. ꝑ iſtum noſtrũ tex. probari, ſi rectè conſideretur, aliter non inducendo. quod vt vidiſti Abb. negat licet illam opinio. glo. teneat. quod etiam tenentes contrariam opinionem negant, vt ſuperius dixi, dicentes plura alia hic cõcurriſſe, quàm minoritas pretij, & pactum de retrouendendo, vt eſt videre in petitione mutui, de qua in princ. c. fit mentio, & quòd retrouenditio non poterat fieri niſi à ſeptennio vſq; ad nouennium. Ego autẽ dico vobis

45 and 46 (margin numbers): 45 beside "ſpondiſſe. † Et quòd multi in"; 46 beside "quòd † alijs rationibus eſt glo."

bis ꝓ certo, quòd ſi iſte tex. nihil probaret, ego tenerem contra glo. p̄dictas, quòd multi excellentes, vt audiuiſtis, tenuerunt, referente Cepol. vbi ſupra maxime, poſtquam ex forma contractus vſurarius non apparet, neque in dubio talis debet p̄ſumi, vt dixi, in ratione dubitandi, maxime poſtquàm vtrūque licet, vt ibi dixi. ergo ex eis niſi licitum naſci poſſe non videtur ſecundum philoſ. tamen ego minimus inter iuris doct. dico glo. opinionem veriſſimā eſſe, vt ſtatim demōſtrabo. earum enim opinio omnes vincit authores, vt latè dixi in. c. ij. de depoſi. poſt Bart. in ſuo cōſ. incipiē. Andriolus. quam opi. ſequitur Io. de Ana. in. d. c. conqueſtus. & Fely. in fi. vj. fol. in c. ſi cautio. de fi. inſtru. ad Imo. hic in. c. noſtro ſe remittendo, licet contra earum opinionem ſit maxima turba doctorū, adeò quòd non dubitem communē opinionem eſſe in cōtrarium. & quia fundamentum glo. maxime in. c. conqueſtus. eſt in. c. noſtro, & eodem modo fundamentum Albe. in dicta. l. iij.

47 † Ideò conabor totis viribus ex iſto tex. & eius ſpiritu hoc elicere, quod pulchrum, & valde notandum erit. ꝓ cuius intelligentia, & declaratione primo p̄ſuppono, quòd petitio mutui, de qua in principio cap. habetur mentio, nullo modo in iſta quæſt. habetur in conſideratione, quia ipſe allegans in ea non perſiſtit, nec per conſequēs Papa qui ſe retulit ad partis allegationem. nam licet à principio allegauerit mutuum petijſſe, poſtea tamen quando allegauit contractum fœneratitium ſolum fundat in pacto de retrouendendo, & in minoritate p̄tij, vt patet in tex. ibi, dum dixit, quòd patet ex eo &c. ī quo Papa poſtea ſe fundat, & ꝑ conſequens ſomniant ſcribentes, qui iſtam qualitatem ponderāt in iſto. c. de quibus fecit mentionem Ange. Inſtitu. de excep. quem in princ. allegaui, poſtq̄ quando pars fecit fundamenta ſua de illo mutuo nullam habuit mētionem, licet in ſe poſſet eſſe vera iſta qualitas petitionis mutui, vt infra dicam in vltimo caſu: tamen capitulo noſtro nullo modo eſt applicabile, quia vt dixi in eo non eſt factum fundamentum, nec illud fuit probatum, quod tamē debet probari, quando petitio mutui eſt in conſideratione, vt voluit Pau. de Caſt. conſ. xciiij. incip. viſis. & Ancha. in reg. peccatum. quos ſequitur Felyn. in vij. fol. j. colū. in. c. ſi cautio. de fi. inſtrum. vnde quia hoc fortè probare non potuit pars in eo non ſe fundauit. quod patet, dum dixit tex. quòd patet ex

eo

eó &c. ad quod, vt dixi, Papa ſe refert, dum dixit, ſi res ita ſe habet: & ſi modo tu dicas, prout communiter doct. dicunt, & etiam Abb. quòd non poteſt negari hic interueniſſe tertium, ſ. quòd liceret à ſeptennio vſque ad nouennium, quaſi non liceret añ retro emere. ergo impoſſibile eſt, quòd tex. probet, de duobus tantummodo: aduertas, quia in hoc conſiſtit difficultas, quia hoc non obſtante dico tex. probare, vt dixi, concluſionem glo. pro cuius cognitione, & intelligentia præſuppono, quòd ita eſt vſurarius recipiens multum vltra ſortem, ſicut parum recipiens, certum ſic incertum ſperans per authoritatem euangelicam mutuum dantes, nihil inde ſperantes, vnde quicquid accedit ſorti, quod æſtimabile ſit, licet à principio incertum fuerit, conſtat vſurã eſſe. c. ij. &. iij. xiiij. q. iij. c. conſuluit. de vſur. licet magis peccet, plus extollens, quàm min⁹, vterque tamen vſurarius eſt.

48 † Item not. ꝙ ad hoc, vt vnum dicamus vſurarium, non curamus pactionem, ſed ſatis eſt habuiſſe intentionem. d. c. conſuluit. ibi inde ſperantes. & iſtã nos vocamus vſuram mentalẽ, in qua ita quis peccat, ſicut ſi pactum fuiſſet appoſitum, & obligatur ad reſtitutionem obtentorum, ea mediante: not. in d. c. fi. de ſimo. & in. d. c. cõſuluit. quibus habitis præſuppoſitis, modo quòd hic pactum partium fecit mẽtionem de ſeptennio ad nouennium, ad hoc, vt iſte vſurarum nomine plus, & certius extorquere poſſet, nec propterea ſequitur, quòd ſi de vno anno dixiſſet, imò de vno menſe, quòd non fuiſſet idem, quia imnò fuiſſet, dum tamen aliqua vtilitas ex dicto menſe illi peruenire poſſet, cum ergo iſta ſpe iſtius lucri, nullo etiam termino adiecto habere dicatur emptor, cum pacto de retrouẽdendo pro modico pretio, vt interim dum non retrouenditur, lucretur fructus, neque alia ſua fuit ſpes, ſeu intentio emendo, ꝗ ſi in pignus accepiſſet nõ fuiſſet lucratus, ergo cõcludendum eſt iſtum tex. virtualiter hoc probare, quòd iſta duo ſufficiant expreſſe. ſ. pactum de retrouendendo cum minoritate pretij, quia tertium neceſſariũ habent ſubintellectum. ſ. ſpem illius lucri, medio tempore habendi, dum non retroemitur, quæ ſpes fuit illa, quæ iudicauit contractum vſurarium in. c. noſtro, ſecũdum ſcriben. dum declarant illud pactum de ſeptennio vſque ad nouennium, licet in. c. noſtro fuit ſpes certa: in mea vero intelligentia, & declaratione eſt incerta, quæ non differunt, vt dixi in præſuppo-

ſitis: quia vterque dicitur vſurarius, ergo meritò inconuincibiliter dici poteſt tex. iſtum virtualiter ꝓbare opinionem glo. quia ſemper verum eſt dicere tria concurrere, licet ſolum pactum de retrouendendo cum minoritate ptij, pateat, & iſtud eſt modo quod voluit Papa in ſua ratione, dum dixit: q̃a fra⁹, & dolus alicui patrocinari non debent, à qua arguendo vt licet per iura vulgaria demonſtrata intentione fraudulosa, vt modo dixi, conſtat iterum gl. bene dixiſſe, neque obſtat illud de ſeptennio ad nouẽnium, quia vt dixi, illud demonſtrat certitudinem, & magnam exactionem ipſius vſurarij, quæ vt dixi, non ſunt neceſſaria ad eum conuincendum: ſed ſatis eſt probare exactionem qualẽcunque à principio certam, vel incertam, ſiue pactum interpoſitum fuerit, ſiue ex ſola præſumpta intentione obtentum, per ea quę iam ſuperius dixi: & ſi aliquis negare velit quæ dico in facto eſſe vera, dicendo, quòd ille qui emit cum pactę de retrouendendo cum paruo pretio, non ſit hui⁹ intẽtionis, prout ego dixi: ego dicerem ꝙ ipſe negaret sẽſum, quia aliud dicere, ſeu præſumere non poſſumus, ſi à veriſimili
49 arguere licet, † ꝓut licet ſecundum. c. quia veriſimile. de præſumpt. & l. fi. ff. quod met. cau. poſt Bald. in. l. j. C. de ſer. fugi. de quo ſupra iſto. c. feci mentionem, quando enim vnius emit rem cum pacto de retrouendendo pro paruo pretio, poſtquàm omnis veriſimilitudo eſt, ꝙ q̃s potius pignoraret rem ſuam, q̃ vendat pro paruo pretio, & eodem modo vendendo pro dicto paruo pretio, eſt veriſimile, ꝙ non dimittet rem propriam ꝑdere, immò eam recuperabit, quòd cum ſciṫ veriſimiliter, aut ſcire debuit ipſe emptor rem. ſ. apud ipſum non permãſuram. ergo neceſſario conuincitur ex iſtius coniecturis ea ſola intentione feciſſe ſimilẽ cõtractum. vt interim fructus lucraretur, donec retro ematur, quæ intentio doloſa, & fraudulenta eſt. & ideo per iſtum tex. ei patrocinari non debet: ſcis enim, quòd dolus, aut fraus nõ poſſunt ꝓbari aliter, quàm per coniecturas, vt in. c. ij. de renun. lib. vj. quarum aliæ ſunt euidẽtiores, clariores, ſeu apertiores, vt in exemplo. c. noſtri, aliæ non ita apertæ, ſed tamen ſatis concludentes, vt in caſu quæſt. noſtræ, poſtquàm vt dixi, plus, aut minus certum, vel incertum lucrũ à principio non faciunt differre vnum vſurarium ab alio, niſi quòd vnus altero improbior eſt. igitur conſtat glo. bene dicere, & pro clariori intelligentia, ne ſimus in ambiguo, conclu-

cludẽdo, dico circa paruitatem
pretij, quòd debet eſſe talis, ex
qua veriſimiliter credatur rem
venditam eſſe redimendam, vt
conſonent, quæ proxime dixi,
& vt per hoc peſſima intentio
ementis eliciatur, reiectis alijs
50 cõſiderationibus Abb. & † pon
dero tex. noſtrum, dum de pre-
tio loquitur vix tangente dimi
dium valoris rei, & per conſe-
quens iſta paruitate pretij iſto
modo conſiderata, contractus
potius pignoratitius in verita-
te, quàm emptionis, & vendi-
tionis iudicabitur: & per hoc
tollitur difficultas, quæ forma-
ri poſſit ex.c.illo vos. de pign.
vbi illa duo tantum, ſcilicet ma
ioritas pretij, cum pacto de re-
trouendendo non fuerunt ſuf-
ficientia ad contractum præſu-
mendum vſurarium, niſi tertiũ
ibi concurriſſet illius conditio-
nis de fructibus in ſortem com
putandis: & tamen eadem ra-
tione, quæ hic diceret contra-
rium, quia dico ibi, ex maiori-
tate pretij non potuit iudicari
pignoratitius contractus, pro-
ut iudicatur in.c.noſtro, ideò
opus fuit ibi expectare tertium
quòd faceret pignus præſumi,
quo mediante ſtatim contract'
reputatur vſurarius, aliàs ex
hoc ſolo, quòd plus debito ſol-
uit, licet iudicetur deceptio in
pretio, non tamen iudicatur v-
ſura, poſtquàm nõ eſt qualitas
aliqua, quæ id faciat præſume-
51 re, tene menti. ¶ † Capio ſe-
cundam cõcluſionem ex dictis
Abb. in iſto ſecundo caſu, dum
dixi, quòd propter pretij parui-
tatem præſumitur paruitas cõ-
tractus, ex qua infero ſingu. ad
ca quę doct. dicunt infra de lo-
ca. in.c. potuit. dubitando, an
contractus aliquis dicatur lo-
cationis, vel emphyteoticus, qa
ſecundum quantitatem penſio
nis ſoluendæ in dubio iudica-
tur, vnde ſi parum ſoluitur po-
tius contractus emphyteoticus
dicitur, quàm locationis, ſi mul
tum hoc eſt, ad fructuum com-
penſationem iudicatur locatio,
& multum intereſt, hoc ſcire
propter ſterilitatem ſuperue-
nientem, propter quam condu
ctori fit remiſſio, non autẽ em-
phyteotæ, niſi emphyteota ſol-
ueret, etiam ad recompenſatio-
nem fructuum, quo caſu con-
tractus potius locationis iudi-
caretur ex pretij magnitudine,
ſecundum Bald. in rub. & in.l.
prima.iiij.oppo. C. de iure em-
phyteo. per Ancha. & Imo. in
dicto.c.potuit. per do. And. in
vltima quæſtio. in rub. de loca.
per do. Felyn.ij.colum. in me-
dio, in.c. in tantum. de ſimon.
poſt Bal. in.c. literæ. de dilatio.
facit glo. in authen. perpetua.
52 de ſacroſan. eccleſ. ¶ † Item
& ſecundo infero ad dubium,
quando in aliquo contractu

interuenit pecunia, & ſpecies, an dicatur contractus emptionis, an permutationis: nã ſecundum quantitatem pretij hoc determinatur, ſecundum Bart. in. l. ariſto. ff. de dona. per Abb. in. c. ad quæſtiones. de re. permuta. argumen. tex. ibi, niſi apparet de animo contrahentium vnum, vel aliud facere volentium, quia illud tenentur, vt per docto. vbi ſupra. circa quod vide quæ Ange. de Are. in. §. itẽ pretium. Inſtitu. de emptio. & vend. & eodem in. §. item queritur. Inſtitu. loca. & in. §. ſi tamen aliena. de re. diuiſio. qui ꝑ illa diſtinctione hic in dubio de pretio allegat Barto. in. l. ſi in emptione. ff. de contrahen. empt. tertiam habes illationem de dictis ſupra proxime poſt glo. in. c. conqueſtus. de vſur. quia paruitas pretij cum pacto de retrouendendo, facit præſumi contractum vſurarium.

53 ¶ † Quarto inferas ad ea quæ dixi ſupra in. c. cum dilecti. in ij. nota. dum dixi, quòd qualitas deceptionis in pretio facit iudicare de exceptione re ipſa. & ex propoſito eiuſdem naturę, propter. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. facit. c. & ſi quæſtiones. cum ibi nota. de ſi. mo. c. ſtatutum. §. inſuper. de

54 reſcrip. lib. vj. ¶ † Venio modo ad tertium caſum Abb. quãdo pactum dę retrouendendo fit nõ ſimpliciter, ſed vſque ad certum tempus, ante quod nõ poteſt fieri retrouenditio. & iſto caſu dicit Abb. quòd talis contractus præſumitur fœneratitius. & iſtum dicit Abb. proprie caſum iſtius. c. cum præſumptio ſit, quòd interim voluit fructus lucrari, ego dico vobis, vt dixi in ſecundo caſu, aliter non repetẽdo, quòd ſi verũ eſſet quod nunc Abb. dicit, & aliàs dixit in iſto cap. certè non eſſet vera ſua ſecunda concluſio, quæ nullum aliud habet fundamentum, quàm iſtius. c. vt ſatis abundè ſuperius declaraui. ideo ad ibi dicta me remitto.

55 ¶ † Quartus caſus eſt, non parum dubitabilis, quando fuit appoſitum pactum de retrouẽdendo cariori pretio, cum pacto, quòd fructus in ſortem deberent cõputari, quia talis contractus præſumitur fœneratitius, iſtum dicit Abb. proprium caſum. c. illo vos. de pigno. & dicit, quòd oritur iſta præſumptio ex pacto appoſito contra naturam cõtractus, quia ſi erat vera venditio, debebat emptor fructus lucrari: illud ergo pactum competit magis naturæ contractus fœneratitij, quam emptionis, & venditionis, & illud quod voluit vltra primũ pretium præſumitur extortum

56 vſurarum cauſa. ¶ † Aduertas modo diligenter pro intelligen-

ligentia iſtius quarti caſus, & reuoco in dubium, quare in illo.c.illo vos. fuit contractus præſumptus vſurarius, reſpondetur communiter vſque ad tempus Abb. quòd quia fuit appoſitum pactum de fructibus in ſortem computandis contra naturam emptionis, & venditionis, ex vulgata.l.ij.C.de pac. inter empt. & vend. contra qđ inſtatur fortiter, quòd nõ poſſet ſtare. ¶ Primo, quia ſi hoc eſſet verum illud ſolũ debuiſſet ſufficere ad contractum fœneratitium præſumendum ſine il-

67 lo. ¶ † Secundo, quod Papa ibi ponderat de maioritate pretij, quod etiam voluit Anto. de But. in.c.illo vos. & ibi Abb. in fi. quando iſta ratio doct. eſſet vera, quòd iſtud pactum eſſet contra naturam, potius enim debemus conſiderare pacta appoſita ad cognitionem cõtractus, quàm nomen contractus, vt probat tex. ſingul. in.c.conſtitutus. de religio.domi. quem ad hoc exclamat Imo.ij.col.in c.ad audientiam.de re.eccle.facit.l.inſulam.de preſcrip.verb. &.l.ſi vno. ff. loca. cum ergo iſtud pactum ſit cõtra naturam contractus emptionis, & ſecundum naturam contractus pignoratitij. ergo iudicabitur ſecundum naturã ſuam.ſ.pignoris igitur per conſequens videtur, quòd per ſe ſolum ſufficit iſta qualitas ad probandũ contractum fœneratitium, quod videtur contra illud.c.illo vos. quo non obſtante dicendum ẽ, quòd licet verum ſit, quòd dicatur pignoratitius, præſuppoſito quòd ſit contra naturam emptionis, tamen per hoc non ſequitur, ergo contractus eſt vſurarius, niſi aliquid vltra ſortem in eodem contractu recipiatur, quòd hic computando in ſortẽ nihil vltra percipiebat, & iſtud eſt, quod ille tex. voluit, dum maioritatem pretij conſiderauit. quod teneas ſemper menti contra Anto.& Abba. ibi, quia

58 † vbi non damus aliquid vltra ſortem, eſt impoſſibile vſuram nominari. vocetur quomodo velis contractus, poſtquàm notum eſt recipere aliquid vltra ſortem eſſe vſuram, aliud eſt, quod multum obſtat huic concluſioni, quod nouiſſime concepit do. Abb. in.d.c.illo vos. vbi demonſtrat contra ſententiam omnium ſcribẽtium vſq; ad eum, quòd pactum, de quo in illo.c.non fuit contra naturam contractus, immò ſecundum naturam poſtquàm ibi poteſtas reſoluendi contractum, non in poteſtate venditoris, ſed emptoris erat. quo caſu, vt dixi ſupra in princ.glo. emptor non lucratur fructus; igitur illud pactum de fructibus in ſortem computandis, non contra

naturam; ſed immò ſecundum naturam erat, quòd certè reddit difficillimum intellectum illius.c. pro cuius declaratione & intelligentia incidenter dico animaduertendum circa tria pacta, quæ in contractibus emptionis, & venditionis, ſolent apponi, quæ ipſis emptoribus impediunt fructuum acquiſitionem.primum pactum adiectionis in diem.ſecundum legis cõ-
59 miſſorie. † Tertium pactum de retrouendendo ad voluntatem emptoris. De primo eſt tex.in .l.ij. & in.l.imperator. ff.de in diem adiec. De ſecundo in.l.ſi fundus.cum.l.ſequen. ff.de le. commi. De tertio habetur in .l.quòd ſi nolit. in fi.iuncta.l. cum autem.§. penul. ff.de ædil. edic. Exemplum primi, ſi vendo fundum pro decem, niſi ali⁹ attulerit meliorem conditionē infra menſem, tunc intelligitur actum, quòd ſi alius maius pretium dederit infra menſem res ſit inempta quo ad primum emptorem: & ſic reſoluitur titulus ipſo iure. exemplum ſecundi, quando vendo fundum pro decē hoc pacto, quòd ſi p̄tium non ſoluat infra menſem res ſit inempta, & ſic reſoluatur titul⁹ ipſo iure, & iſtud pactum ſecundum legis commiſſoriæ in pignoribus nõ habet locum regulariter: infra de pigno.c.ſignificante. Barto. & alij in.l.q̃uis.ff.de ſolu. declaro, quòd ſi aliqua res fuerit pignorata pro certo pretio, non poteſt tempus apponi redemptioni cum hac conditione, ſi redempta nõ fuerit illo tempore, maneat res empta pro eodem pretio. exemplum tertij pacti, de quo ſupra eſt in.l.quod ſi nolit.in fi.coniuncta.l.cum autē.§. penult. ff. de ædili. edic. & aliquos not. bene in.c. illo vos. infra de pigno. vbi videbis Imo.v.colum. iſta latius explicantem, vnde iura quæ volunt, quòd emptor cum pacto de retrouendendo lucretur fructus, debent intelligi, quando pactum reſpicit fauorem venditoris, quo caſu differt ab alijs pactis, de quibus
60 ſupra. ¶ † Item in alio, quia illa ſtatim habent trãſlationem dominij directi, ac ſi venditio facta non fuiſſet, pactum autem de retrouendendo quemcunq; reſpiciat, hoc non habet, niſi à tempore oblationis pretij: & tunc non habet translationem directi, ſed vtilis tantum dominij. tex. eſt ſingu. & ibi Pau.de Ca. ſolus exclamat in.l.ſi cum venderet.ff.de pigno.act.quod eſt ſingu. & ſingulariter notandum ad declarationem glo. in dicta.l.ij.C.de pact. inter emp. & vendi. & eorum qui Imol. v.colum.in.d.c.illo vos. & eorum quæ communiter docto. in præalleg.l.ij. qui ſimpliciter tene-

tenebant non transferri dominium in iſto pacto de retrouendendo, niſi ſolum facta retrouenditione, quia vides modo ſecundum Pau. de Caſt. quòd immò facta oblatione pretij, transfertur ſaltem vtile dominium, per illum tex. in.d.l.ſi cum vẽdat. quem multum not. Ange. de Are. in.§.item ſi. in xxviij.col. Inſtit. de exceptio.

61 ¶ † Ad propoſitum iam redeundo ex ſupradictis patet, ꝙ illud pactum de fructibus in ſortem computandis appoſitum in.d.c.illo vos. non fuit contra naturam contractus, vt ſibi ſolus Abb. inuehit contra omnes, licet contra hic voluerit, ſequendo antiquorum opinionem: difficile eſt ergo videre rationem deciſionis illius capituli volentis ex illis duobus contractum iudicari fœneratitium, poſtquàm pactum de cõputandis fructibus in ſortem, fuit ſecundum naturam contractus emptionis, nec ſatisfacit quod Abb. ibi dicit pro defenſione, quòd Papa ibi coniunxit vnam præſumptionem cum alia, ſcilicet, quòd aliquis vltra ſortem capiebat cum pacto de computandis fructibus in ſortem, quia dico, ꝙ expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, ſi exprimatur, nihil operatur, vulgata .l.iij. ff.de legat.j. ſed iſtud de fructibus computandis in ſortem tacitè inhæret, & ſi non fuiſſet expreſſum, cõſtat, quòd contractus vſurarius non fuiſſet, ergo nec reputandus eſt, ſi exprimatur.

62 ¶ † Adeò mihi iſtud fuit viſum difficile, quòd aliquando credidi codicem eſſe deprauatum, ibi, dum tex. dicit fructibus non computatis, quod debuiſſet dicere fructib⁹ non computatis, quaſi tunc diceretur contra naturam contractus, ſed neque iſtud mihi ſatisfaciebat, quia per hoc nullo modo adhærebat contractui pignoratitio, contra cuius naturam tale pactum fuiſſet, ideò vſurarius dici non poterat, quapropter poſtea aliquando credidi, quòd licet in veritate ſit, ſicut Abb. dicit in.d.c.illo vos. quòd illud pactum ſit ſecundum naturam contractus, tamen partes contra credebant poſtquàm vſque ad tempus ipſius Abb. ita per omnes fuit tex. ipſe intellectus. ſed quia iſtud eſt diuinare, & quia iura ſunt interpretanda, non ſecundum partium opinionem, ſed ſecundum aliam iuris diſpoſitionem. argumento. c.cum cauſam. de electio. vbi nõ quod factum ſit, ſed quid faciendũ ſit, attendere debemus, maxime cum de intentione contrahentium non conſiſtit. ideò nec iſte intellectus placet.

93 ¶ † Iterum ductus, anxietate

intelligentiæ illius tex. credebam, quòd in iſtis cõtractibus, & ſimilibus, illud quod tacitè ineſt, ſi exprimatur, facit præſumptionem ſimulationis cõtractus multoties, vt patet in eo qui dixit, vendidi, & tradidi non in fraudem vſurarum. & idem de eo qui diceret in contractu ſe nihil intendere ſimulate agere, quia in iſtis caſibus præſumitur ſimulatio ſecundũ Bald. in. l. iij. C. plus vale. quod agit. de quo Fely. vij. fol. ij. colum. in. c. ſi cautio. de fi. inſtru. & tamen iſta tacitè inerant ex argumen. l. merito. ff. pro ſoc. & c. fina. de præſumpt. facit in ſimili quod dixit Bal. in. l. j. de colluſ. detegen. de confitente ad iſtã creditoris, quod eſt inſtrumentum de vera ſorte, quia potius fœneratitius propter hoc præſumitur, facit quod An cha. conſi. cclij. & glo. vulgata in. l. quæ ſub conditione. ff. de condi. inſti. de qua per Fely. vbi proxime. Ita ergo in propoſito illius. c. illo vos. eſſet dicendum, quòd eſſet verbum mirabile: & ita neceſſario dicendum putarem, ſi Abb. conſultatio vera eſſet, nec aliter difficultas reſolui poſſet. Sed tamẽ poſt longam inueſtigationem deo duce, reperi veritatem, & inueni opinionem ſcribentium ante Abb. veram fuiſſe, & eſſe, & do. Abb. deceptum fuiſſe, licet inductio ſua ingenioſa fuerit. dico igitur, quòd conſiderans tex. in c. illo vos. prout ego ſtatim cõſiderabo, & videbis, quòd illud pactum de fructibus in ſortem computandis fuit contra naturam contractus, pro euidentia cuius præſuppono, quòd tex. ille dicit, quòd fuit adiecta conditio inter contrahentes, quòd ſi à tempore contractus vſque ad duos proximos annos diſpliceret emptio, hoc eſt emptori, tunc venditor abinde vſque ad annum vigintiquinque libras fructibus computatis in ſortem &c. pondero modo ab illa dictione abinde. vbi venditori infra annum poſt denuntiationem emptoris, datur facultas redimendi, an ſolum clauſula defuncti his in ſortem computandis coniungitur: & ſicut illo caſu redemptio, ſeu retrouenditio ſtat in libertate ipſius venditoris, ideò per conſequens quandiu infra illum annum res non redimebatur ſecundum communem, vel pretium non afferebatur ſecundũ Pau. de Caſt. emptor debuit fructus lucrari. argumen. tex. in d. l. ij. C. de pact. inter empt. & vendi. dominio penes eum manente altero prædictorum non facto & merito: quia in culpa erat ipſe venditor in non redimendo, poſtquàm potuit. igitur luce clarius demonſtratur,

quòd

quòd pactum, quod fuit appoſitum in illo. c. intelligitur infra illum annum poſt denuntiationem emptoris, ad quem omnino habenda eſt relatio, poſtquàm vt dixi, eidem annectit pactum, & non ad duos primos, infra quos emptio diſplicere potuit, ad quos Abb. & male habuit relationem, quia ad illum, vt dixi, annum poſt denuntiationem emptoris, debet referri, ad quem referendo, vt iura iuribus concordentur, & abſurditates vitentur, conſtat quòd pactum de fructibus computandis in ſortem, fuit contra naturam contractus, quia debuit in illo anno emptor lucrari fructus, & dictum fuit, quòd deberet computare in ſortem, meritò fuit iudicatum potius pignus, poſtquàm iſtud competit pignori, & propter incrementum maioris pretij vſura iudicatur, & per hoc communis opi. antiquorum, ſalua manet, & iura iuribus concordantur, & vitantur abſurditates, quod tanquam nouiſſimum not. & nunquam exeat mentē
64 tuam. ¶ † Quintus & vltimus caſus eſt, quando quis petebat mutuum offerēdo rerum ſuarum hypotecam, & alter dixit nolle mutuare, ſed emere: & ſic ſecutus fuit contractus emptionis. & iſto caſu Hoſtien. dicit ex hoc ſolo noſtri vſurarij Moderni conuincuntur, quòd credit Abb. procedere, quando eſſet emptor vſurarius, alias nō, niſi quando venditio fuiſſet ſecuta pro illa pecunia, quam mutuo petebat, quaſi tunc modicitas pretij cum præſumpta voluntate, quæ colligitur ex præcedēti reqſitione faceret quod præſumeretur contractus pignoratitius, quod indubiè dicit Abba. procederet quando cum his concurreret pactum de retrouendendo: habetur ergo ex dictis Abb. talis cōcluſio: probata certa mutui petitione, ſecuta pro eodem pretio venditione præſumitur contractus pignoratitius, maxime appoſito pacto de retrouendendo. & iſtam concluſionem ſatis ſequitur Pau. de Caſt. conſulendo conſil. xciiij. incipien. viſis his quæ ſupius. & conſ. ccxxvi. incipien. in cauſam motam per dominam Dorotheam. & in conſi. cccxxix. incipien. viſa petitione. vbi dixit, quòd quidam egebat pecunia mutuata, & fuit probatum quod requiſierat illum, cui poſtea vendidit rem pro paruo pretio: ibi determinat, quod eſt contractus vſurarius: ita firmat Felyn. in. d. c. ſi cautio. in vij. fol. in. j. colum. dicendo poſt Laur. in tracta. de vſu. in ſecunda parte, quæſt. lx. quòd cum hodie ſit difficilli-
66 mum probare † contractus ſimula-

mulatos, non ſufficiunt coniecturæ iuris, quæ iam ſunt notę, & per callidos contrahentes fraudatæ. ideò recurrendum eſt ad alias coniecturas illis ſimiles, qualis videtur iſta ſecundũ eos: mihi tamen nunquam placuit, quòd iſta coniectura ſit ſimilis alijs à iure introductis, vt facile iſte tex. demonſtrat cum c. illo vos. de pign. iuncto. c. cũ dilecti. ſupra eod. quando enim vnus decipitur vltra dimidiam iuſti p̃tij habet remedium, de qua in. d. c. cũ dilecti. & in. l. ij. C. de reſcin. ven. & ſi dolo dante cauſam, vel incidente in contractu fuit inductus dantur remedia, de quibus in. d. c. cum dilecti. per glo. & nullibi tamen iſtud remedium dicendi contractum vſurarium datur, & tamen ex iſto dicto doct. deberet dari iſtud remedium poſtquàm virtualiter concurrunt omnia quæ petunt doct. in iſto caſu. dixi virtualiter, quia veriſimiliter quis potius pignoraſſet rem ſuam mutuum accipiendo, quã vendere pro tam vili pretio, ſed quia non potuit obtinere mutuum, ideò taliter vendidit, & tamen non datur iſtud remedium, de quo hic per docto. ſed remedia alia, de q̃bus ſupra. Et iterum ad probandum falſitatem huius concluſionis, adduco prædictum. c. cum dilecti. cũ c. cum cauſa. infra ſequẽ. iuncta auth. hoc ius porrectum. x. q. ij. ꝓbatur in. d. auth. hoc ius porrectum. quod eccleſia potius debet pignorare, & hoc primo inueſtigare ſi poterit q̃ veniat ad rerum diſtractionem. Et tñ hoc non obſtante vendendo rẽ ſi decipiatur vltra dimidiam iuſti p̃tij agit eccleſia communi remedio. d. l. ij. C. de reſcin. vẽ. & d. c. cum dilecti. non autem dicitur propterea contractus vſurarius, niſi defundatur iſtorum opin. in eo qui conſueuit vſuras exercere, quo caſu ceſſaret contra ipſius. c. cum dilecti. licet multi etiam iſtam qualitatem, quod conſueuerit vſuras exercere non admittãt in. l. iij. C. plus vale. quod agi. dicentes vſurarios facere etiam bonos contractus, & licitos. vnde vera defenſio iſtius dicti, & ſine dubio eſſet, quando dictio maxime, poſita in concluſione, extet improprie pro tanto, per iſtum tex. ſecundum quod eam declaraui, tene menti, & conſidera, quia ex iſtis reddũtur difficilis ſuſtentationis dicta quæ ſuperius ſupra in proximo quarto caſu, circa clauſulas inſolitas, & maxime quæ inſunt ſui natura, quia nullibi probatur iure, ꝙ illa ſufficiant ad contractum vſurarium præſumendũ, in quo cogitabis.

CAP.

CAP. CVM CAVSA.

SVMMARIVM.

1 *Superfluum eſſe, an dicatur id quod repetitur.*
2 *Lectio repetita probat.*
3 *Deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, quomodo ſit determinanda in libello.*
4 *Probatio incerta, an, & quãdo releuet probantem.*
5 *De minimis non eſt curandum.*
6 *Teſtis deponens de valore rei, ſi dicat res valebat decem, & nihil vltra, quid importent iſta verba, & nihil vltra.*
7 *Contractus omnes iuriſgentium ſunt contractus bonæ fidei.*
8 *Cõtractus permutationis eſt contractus bo. fi. innominatns.*
9 *Priuilegium competens primæ actioni nouatæ, intelligitur repetitum in ſtipulatione nouante.*
10 *Priuilegium prælationis ita eſt proportionabile ſtipulationi, ſicut alteri contractui bonæ fidei.*
11 *Contractus bonæ fidei, & contractus ſtricti iuris, an, & quando differant. & nu. 12.*
13 *Dictio venditio largo modo comprehendit omnẽ contractum, per quem dominium transfertur.*
14 *Remiſſio propter ſterilitatẽ, quando detur in contractu emphyteotico.*
15 *Remedium iſtius. c. cum cauſa. an, & quando habeat locum in contractibus ſtricti iuris. & nu. 16.*
17 *Renuntiatio generalis non ſufficit, vbi ratione ignorantiæ prouidetur. & nu. 22. & 23.*
18 *Beneficium quod habetur à lege, an perdatur per lapsũ temporis.*
19 *Procurator generalis ſi fuerit deceptus vltra dimidiã iuſti pretij, nunquid habebit remedia iuris.*
20 *Deceptus vltra dimidiam iuſti p̃tij, debet in libello aſſerere ſe ignoraſſe p̃tium rei* ven-

venditæ ad hoc, vt libellus concludat.

21 *Vendens ſi dicat ſe dare id, quod res valet vltra quòd recipit, an habeat remedia iuris. & num. 53. Et quid in contractu qui perficitur conſenſu vnius tantum. num. 54.*

24 *Decepto etiam citra dimidiam iuſti pretij, an ſuccurratur per tertiam perſonam. & nu. 26. Et quid ſi ſtatutum diceret, quòd res debeat ſubhaſtari. nu. 28.*

25 *Argumentum de arbitratore ad procuratorem, non valet.*

27 *Decretum iudicis excludit omnem præſumptionẽ fraudis.*

29 *Capitulum cum cauſam, an habeat locum in tranſactione. & nu. 30. 31. 32. & 33.*

34 *Statutum loquens de tranſactione, non comprehendit amicabilem compoſitionem.*

35 *Minor iurans non contrauenire, excluditur vigore iuramenti à beneficio ætatis: non autem à beneficio communi. Et quid de maiore. nu. 36. & 41. & 42.*

37 *Renuntiatio generalis caſuum cum iuramento non valet.*

38 *Ius ſpeciale facilius tollitur quàm ius commune.*

39 *Iuramentum non extenditur ad incogitata.*

40 *Conſenſus nõ præſumitur in enormi iactura.*

43 *Iuramentum appoſitum in contractu, ſemper obligat perſonaliter ipſum iurantem.*

44 *Iuramentum firmat cõtractum.*

45 *Adiudicatio inſolutum facta creditori per iudicem, habet vim tranſactionis.*

46 *Venditio ſi fuit facta minus dimidia iuſti pretij: cũ hoc, quòd ſi pretium conuentum non ſolueretur in paſchate, ſuppleretur iuſtũ pretium, non habet auxilia iuris.*

47 *Grauatus à teſtatore de uendendo fundum Sempronio*

certo

certo pretio, non habet auxilia iuris.

48 *Mulieri deceptæ in æſtimatione rei dotalis, etiã infra dimidiam ſuccurritur.*

49 *Deceptio non toleratur in vitijs, niſi minima.*

50 *Deceptio in quantitate rei non eſt ita perceptibilis, ſicut deceptio in valore.*

51 *Taxatiuum quid dicatur. et quid demonſtratiuum.*

52 *Venditio medico facta minus debito in infirmitate reſcinditur officio iudicis.*

55 *Venditioni cõſentiens ſi fuerit deceptus, non habet auxilia iuris, licet pretium participauerit.*

56 *Venditor, ſi tandiu agere abſtinuerit, donec cura, & ſolicitudine emptorum res eſt longe melior effecta, nõ habebit remedia iuris, niſi offerat ſumptus, & pretiũ operarum.*

57 *Deceptus vltra dimidiam non poteſt agere poſt triginta annos.*

58 *Minorũ adminiſtratores nõ hñt poteſtatem donandi.*

59 *Beneficiatis deceptis in permutatione beneficiorum, non ſuccurrit ius, quod datur deceptis vltra dimidiã iuſti pretij. Et quid in minore renuntiante beneficio. nu. 60.*

61 *Deceptus in induſtria negatiua, an habeat remedia iuris.*

62 *Theſauri poſt venditionem inuenti, non habetur ratio.*

63 *Tempus conſideratnr in cõtractibus empt. & vendi. quando in eis conſiſtit deceptio.*

Summa vt in. c. cum

dilecti. ſupra eod. Et eſt pars. c. cũm cã. de teſti. §. j. Pro ratione dubitandi in iſto. c. opp. de ſuperfluitate, quia illud idem qđ hic diſponit, iam diſpoſitum erat in. c. cum dilecti. quod eſt contra not. ſupra in prohe. vbi fuerunt multa reſecata propter nimiam ſimilitudinem: facit ꝓhemium. vj. lib. ibi ſuꝑfluis reſecatis. & ſi tu dicas non eſt mirandum, quia idem reperitur in c. ſignificantibus. de appell. vbi de verbo ad verbum omnia repetuntur. & in. l. ſi quis in conſcri-

ſcribendo.de epiſco. & cle. iuncta eadem.l.C.de pact. reſpondere poſſum, quòd multiplicare inconueniens non eſt ſoluere. Vel ſecundo quod ibi conſeruatur illa ſupfluitas ratione diuerſorum titulorum, vt doc. ibi dicunt, maxime Abb.in dictis.cc.ſignificãtibus. pro reſolutione iſtius difficultatis neceſſario dicendum eſt, quod hic altero de tribus modis ſaluetur ſuperfluitatis. Primo clarius exprimitur in iſto.c.quàm expreſſum fuerit in.c.cum dilecti. quo caſu certum eſt excuſari ſuperfluitatem, ita voluit glo. & doct.in.c.licet canon. de elect. in.vj. idem in prohem. Grego. vbi do.Fely.poſt Domi.ibi ponit ſex modos tollendi ſuperfluitatem. tex. eſt de hoc.& ibi Franc.de Are.in.l.gallus.§. nũc de lege velleia.ff.de libe. & poſtu. quod autem clarius hic exprimatur, quàm ibi conſtat, qa hic habemus modum, quem habere debet, iuxta in ſententiando, quem ibi non expreſſit, ſed ſolum caſſauit ſententiam, quia in arbitrio emptoris &c. ſecundo tollitur iſta ſupfluitas rõne diuerſitatis facti, licet ſit in iure identitàtis, ita voluit Domi. poſt Io. Mona. in.c.ſtatutũ. in prin.de hæret.lib.vj.ĩ.j.col. ſenſit Ab.in prin.c.fi.de homi. facit gl.in.c.ſi apoſtolicę.de p̄bē. lib.vj. & iſtũ modũ multũ not. & addas Fely.in ſupra dicto loco. Tertio poſſit ſingularius dici attenta communi opinione canoniſtarum, de qua dixi in fi. repetitionis.c.cum dilecti. quod hic repetijt quod ibi dixit, vt adderet; quo caſu eſt ſuperfluitatem tolli, vt probatur in.c.ſuper quæſtionum.iuncto.c.cum te conſulente. de of. delega. eſt opti. glo.in.l.librorum.§. quod ſi in codicibus. ff. de lega.iij.ibi, dum dicit, repetit vt addat, ita etiam voluit Ang. Inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.j.colum. & ſi dicas qd addatur in iſto.c.dico, quòd prima facie videtur velle conſiderata Papæ ſententia, quod vtrunque ſit in obligatione, ſcilicet rem reſtitui, vel iuſtum p̄tium ſuppleri: ſuadetur, quia ſufficiebat condemnare ad rei reſtitutionem, ſecundum opinionem legiſtarum. per tex.in .l.miles.in.§. decem. ff.de re iudic. & poſtea in electione condemnati erat ſupplere iuſtum pretium, quod etiam conſiderato verbo decernimus ibi poſito, quòd eſt noui iuris edititium, ſecundum not. per Abb. in.c.paſtoralis. de exceptio. in princ. idem ſaluari poteſt, nec iudicio meo aliquis tex. eſt de iure noſtro, qui magis faciat pro opinione canoniſtarum, ſed quia contrarium firmaui in fi. repetitio. ad .c.cum dilecti.

cti . non ibi me remitto, & ſufficiant proximi alij modi ad ſaluandum ſuperfluitatem, de qua
1 poſui. Et not. quòd nunquam dicitur aliquid ſuperfluum, ſi reputatur, quia prius non obſeruabatur. tex. eſt, & ibi Domi. in. c. primo . de religio. domi. lib. vj. tertio not. de quo non fecit mentionem Felyn. vbi ſupra. ¶ Item vltimo circa hoc non omitto quod nemini venit in dubium excuſata ſuperfluitate id ſatis eſſe validum, ſatiſq; famoſum, † quòd repetita lectio probat, vt eſt tex. in. l. vnde. C. de emen. iuſti. co. Ioã. And. in princ. arbo. conſangui. aliter rationem dubitandi non pono, quia ſatis, ac ſatis poſita fuit in ſimili in dicto. c. cum di-
3 lecti. ¶ † Not. primo Abb. ex iſto. c. caſum, in quo procedit libellus incertus, & alternatiuus. nam ſufficit in libello ponere, quòd res valebat longe plus, & quòd venditor fuit deceptus vltra dimidiam iuſti precij, nec eſt opus aliter deceptionem determinare. Item ſatis eſt concludere alternatiue, vt peto rem reſtitui, vel iuſtum ꝑtium ſuppleri. & hoc eſt dictũ Abb. quia incertitudo non reddit rem dubiam, ſed habetur pro certa iſto caſu, aliàs regulariter non. Procedit libellus alternatiuus, vt not. in. c. conſtitutus. de reſtitut. in integ. & ex iſtis verbis Abb. elicitur talis concluſio, procedit libellus alternatiuus, vel incertus, qñ iſta in qualibet ſui parte verificantur. facit qđ Abb. j. col. in. c. ex parte. b. de fo. compet. & ꝑ hoc ſingu. limitantur, not. per Io. And. in reg. in alternatiuis. de re iud. in vj. & not. ꝑ Bar. in. l. j. ff. de flumin. & in. l. titiæ. vbi Imol. & alij. ff. de legat. j. dum volunt alternatiuã parere obſcuritatẽ, & eodẽ modo de incertitudine dicẽtes, cuiꝰ rõne. ſ. obſcuritatis exceptio, vel actio non procedunt d. l. j. de flumi. & ibi Bar. ff. de excep. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhiben. glo. in. l. veteribus. ff. de pac. pro edunt. n. oĩa iſta qñ in qualibet ſui parte iſta non verificarentur, quia tunc ſurgeret dicta obſcuritas, ſecus quando verificantur, vt hic, & iſtud eſt, quòd Anto. de Bur. dixit in. c. tertio loco . de proba. per tex. ibi, quòd admittitur alternatiua exceptio, quãdo in aliqua eius parte concluditur intentio excipientis. facit tex. in. c. ex parte . de reſcript. & in. c. raynaldus . de teſta. & . c. ex parte . B. de fo. cõpe. & iſtud quod concludat intentio ex qualibet eius parte, ꝓcedit generaliter, quando natura obligationis eſt alternatiua, ſiue hoc ſurgat ex hominis diſpoſitione, vt in . c. j. de plus peti. ſiue ex legis diſpoſitione. vt

vt in.c.noſtro.&.l.ij.de reſcin. vendi. Item & alio modo poteſt procedere libellus alternatiuus, quando de duobus alternatiuè poſitis vnũ alteri ineſt: & iſto modo ſaluatur: ſecundũ quam communiter videmus accumulari in eodem libello nullitatem, & iniuſtitiã: ineſt enim nullitas iniuſtitię.c.cum cõtingat.de offic.delega.quæ not.ꝓ practica.l.penul.quando ꝓuo. non eſt neceſ.&.l.ſi expreſſim. ff.de appella.&.c.dilecto. infra de appel.item procedit libellus alternatiuus generaliter, vbi qs probabiliter dubitat de actione ſibi competenti, tunc poteſt accumulare plura remedia alternatiuè, quod ꝓcedit, ſiue quis dubitet ex facto proprio, vel ex facto alieno, ita probat tex. & ibi Innocẽ.in.c.conſtitutus. de reſtit.in integ.vbi Abb.& Imo. facit.l.ij.ff.quo.lega. ſi vero eſt certus de remedio competenti, tenetur eligere alterum, ex quo ambo ſe non compatiuntur. not.in.d.l.j.quorum leg.& per ſupra dicta, vt dixit Innocen.in d.c.conſtitutus.quod procedit iſte libellus, dico rem pertinere ad me iure dominij, vel quaſi quod bene no.quia ſentit quòd iſte libellus procedit de iure ꝓpter incertitudinem: glo.tamẽ ſingul.in.c.abbate. de re iudi. lib.vj.in ver.dominij. dicit, ꝙ ꝓcedit talis libellus de conſuetudine.& illã glo. not. Abb, in.c.ij. de libel,obla. iij. &.iiij. col.in.c.cum contingat.de off. delega. iſta ſufficiant quantum ad alternatiuam. videamus modo ad aliqua circa incertitudinem, de qua ſupra in iſto nota. feci mentionem, & reuoco in dubiũ pro intelligentia cap. an dicens ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij, aliter non declarans per probationes, illud vltra dicatur concludenter ꝓbare ꝑ ſupra dicta: videretur dicẽdum, quod ſic, poſtquàm iſta incertitudo verificãda venit in quocunque minimo exceſſu, q ſub illa clauſula, & vltra poteſt intelligi: vt etiam colligitur ex primo & ſecundo not. Abb. & Io. Imo.hic, coniuncta.l.hæc adiectio.de verbo. ſig. pro qua opin.ego adduco duas glo.ſingu.prima in.c.pia.de exceptio. lib.vj.ſecunda in.c.ex parte. in princ.de offic.delega. quam ibi cõmendat do.Abb. prima vult, quòd diſpoſitio nunquam dicitur generalis, ſeu incerta, quæ concludit in qualibet ſpecie ſub genere contenta, quòd propoſito noſtro bene eſt applicabile poſtquàm in quolibet exceſſu vltra dimidiam verificatur diſpoſitio. ſecunda gl, vult, quòd diſpoſitio nõ eſt generalis, ſed ſpecialis, licet verbis generalibꝰ concepta, dum tamen veniat verificanda in vna re tantũ, quòd ibi

ibi Abb. magnifacit, & inducit in ſimile. l. ſi hæres. ff. de actio. lega. Ad propoſitum igitur cum iſta deceptio verificetur in quacunque particula, dicendũ eſt, quòd concludat libellus cũ illa dictione & vltra, iſtud eſt, quòd hic voluit Ioan. de Imo. ſecundo nota. dum dixit, quòd
4 probatio † incerta releuat probantem quando eſt certa ſaltem reſpectu concluſionis intentionis agentis, licet in aliquo particulari non ſit certa. Ex qua concludit ipſe Imol. ꝙ aliquando valet ſententia incerta pro parte, quando eſt certa, ſaltem reſpectu illius quod requiritur ad concludendum. ¶ Aduertas modo, & ſis attentus, quia quòd iſte libellus, vel iſta probatio non concludat. firmat Bal. in. l. ij. C. de reſcin. vend. in penul. colũ. idem in. c. cum cauſa. de teſtib. per tex. ibi, quem ad hoc exclamat pro ſingul. quòd etiam hic viſus fuit ſentire Anto. de But. dum dixit ſine alia declaratione, quòd contra practicam, quà dicitur, & probatur quem eſſe deceptũ vltra dimidiam iuſti pretij. facit tex. in. d. c. cum cauſa. & iſtam opinio. Bal. in. d. l. ij. hic approbat Imo. in penul. colũ. licet in fi. primæ colum. reprehenderit Anto. de But. quod dixerat dictum. c. cum cauſa. obſtare practicę, de qua ſupra; ſic aperta eſt Imo. contrarietas. do. And. hic j. & ij. col. firmat dictum Bald. in. d. l. ij. Salyce. ibi firmat contrarium, quòd immò ſufficiat probare, quòd deceptus eſt vltra dimidiam, quem ſequitur do. Felyn. in. d. c. cum cauſa. de teſtib. attento ſecundum eos, quòd ſufficit vnus denarius vltra dimidiam iuſti pretij, vt ſit locus remedio. d. l. ij. Et ad iſtã partem inclinat Fely. in. d. c. cũ cauſa. Anto. & Abb. licet Ant. hic dubitauerit propter illud capitulum. quod in veritate nihil facit, quia ibi volebat emptor iuſtum pretium ſupplere. quo caſu certum eſt, quòd illa probatio nihil concludebat; ſed quo ad reſcindendam venditionem emptore nolente ſupplere iuſtum pretium, ſatis concludenter diceretur probatum per ſupradicta, nec tex. in. d. c. cum cauſa. probat cõtra. Eſt verum tamen quod do. Fely. in. c. licet cauſam. de probatio. in. v. colũ. in fi. firmat do. Io. de Imo. hic, dum in pen. col. comprobauit Bal. in. d. l. ij. vnde negari non poteſt confuſio ſcribentium in
5 iſto articulo. ¶ † Pro prima opinione faciunt rationes meæ ſupra poſitæ, dum allegaui illas duas glo. Pro ſecunda opinio. ſcilicet Bald. facit illud vulgatũ de minimis non curandum, ſecundum glo. in prohe. Grego. ver. iudicis. & glo. in. §. neceſſa-

rie.lxxvj.diſtin. cum dicit propter vnum diem, neque plus, neque minus, eodem modo in propoſito poſſet dici propter vnum, in quo poteſt verificari illa dictio vltra, neque plus, neque minus, hoc eſt, non eſſet curandum; huic rationi bene & optime poteſt ſatisfieri, poſtq̄ de minimo ad maximum non ſit differentia, quādo eſt eadem ratio.c.de appellatio. ſupra de appell. ſed in propoſito noſtro eſt eadem ratio, quia propter illud minimum prȩponderat vitium deceptionis, & efficitur potentius quàm ratio fauens contractui: ideò actus denominari debet à potentiori. argu.l. quæritur. ff.de ſtat. homi. non poteſt enim negari propter illud minimum exceſſum dimidij iuſti pretij, quòd res pro ea parte efficiatur potentior, ſicut ſi multum fuiſſet in deceptione: ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. Vnum tamen eſt ſingu. valde, & non vulgatum, nec cognitum canoniſtis, licet valde notum theologiſtis, quòd defendit ſingu. Bal. opinio. & ſequacium: Præſupponitur.n. per theologos, quòd per canoniſtas ſcriptum non vidi, quòd valor alicuius rei non dicitur, nec poteſt aliquo modo conſiſtere in puncto indiuiſibili: ſed habet in ſe aliquam latitudinē, declaro, quòd res non poteſt valere decem præciſè, ſed aliquod minus à parte ante, ſeu plus à parte poſt, vt ſi diceremus rem aliquam valere nouē, & etiam decem, & aliquid vltra: verus ergo valor diceretur qui conſiſteret ex iſta latitudine, in qua latitudine, vt aſſerūt theologi, contrahētes, poſſunt ſe decipere: ita dixit Scotus, quem vt audio, ſequuntur Modernio. iiij.ſententiarum. diſt. xviij.quæſtio.j. artic.iij. quod eſt pulchrum propter not.in.c. cum dilecti. ſupra eod. & aliqua in ſimili dixi in.c.j. ſupra eod. dum dixi, quòd pȩna debita pro peccatis, non eſt in puncto diuiſibilis, ſed habet ſuam latitudinem. qua opinio.theologorum pro vera habita neceſſario, concluditur, quòd per illam dictionem & vltra, verificabile in minimo non conclu dat intentio proponentis, nec teſtium probatio, poſtquam verificari poteſt illud vltra in illa latitudine, in qua vt dixi, etiam conſiſtit verus valor. pono exemplum pro intelligentia, eſt aliqua res, vt dixi, quæ valet decem, & aliquid vltra, ſeu minus pro latitudine, poſtquā vt dixi, non eſt dare punctum indiuiſibilem, vnde ſi teſtis diceret, quòd res valebat decem, & eam vendidit pro.xv. & vltra: illud vltra certè nihil operaretur, quia poſſet illud minimum,

mum, quòd per illam dictionẽ vltra poſſet intelligi, & verificari in valoris latitudine, de qua dixi, dictum neceſſario nõ concludere; & ſic non eſſet verum, quòd eſſet deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, meritò illa probatio tanquàm incerta, & nihil cõcludens reijceretur. quod rogo in æternum non exeat mentem tuam. pro defenſione Bal. nouiſſima, aliàs per alium non conſiderata, quę defenſio tollit omnia fundamenta partis contrariæ, ſi diligenter animaduertatur. pro conſeruatione tamen communis
6 opinio. guſtabis † nunc nouam practicam, quando teſtis q dicit de valore rei, aſſerendo fuiſſe, & eſſe rem valoris decem, facias quod ſubiungat, & nihil vltra, & poſtea dicat, & vendita fuit pro quindecim, & vltra: tunc probatio eſſet certa, & ſatis concluderet, quaſi latitudo valoris manſerit à parte ante poſtquàm ipſe dixit, quòd valebat decem, & nihil vltra. quod liga digito pro ſingu. & noua practica, qa ſatis conſtat tunc vltra dimidiam iuſti pretij deceptum eſſe. Pro introductione dicendorũ, & faciliori expeditione notatorum in iſto. c. facio talem cõcluſionem: Deceptus citra dimidiam iuſti pretij nullum habet remedium. deceptus vero vltra dimidiam iuſti pretij, habet remedium iſtius. c. & ſupra eo. c. cum dilecti. & l. ij. de reſcind. vendi. quo remedio mediante poteſt agere deceptus ad reſcindendam venditionem, in qua actione ineſt quòd aduerſarius habet facultatem ſupplendi iuſtum pretium, ſecundum veram, & communem opinionẽ in præallega. iuribus. iſtam concluſionem ordinabo, declarando per multas extenſiones: & etiam per multas limitationes, ſequendo per ordinem Abb. vt materia iſta, quæ quotidiana eſt, facilius iſto modo percipi, & intelligi valeat. præſuppono tamen vnum pro intelligentia, quòd iſta concluſio habet duo capita. vnum eſt deceptionis citra dimidiam, & iſtud eſt primum. aliud eſt deceptionis vltra dimidiam, & iſtud eſt ſecundum. iſtud dico, quia inferius dicenda, maxime in limitationibus aliquando directè tangunt primum caput, aliquando ſecundum.

7 ¶ † Prima igitur ſit extenſio, quòd concluſio, & iura, per quę fundatur, licet loquantur in contractu emptionis, & venditionis, nihilominus vendicant ſibi locum in omnibus contractibus bonæ fidei, quos habes numeratos. Inſtit. de act. .§. actionum. quos melius declaraui ſupra in. c. cũ dilecti. ſu-

per glo. ſi. vbi poſt Bal. in. c. j. in ſi. de plus peti. Concluſum eſt omnes contractus iuriſgentium eſſe contractus bo. fi. in quibus in iſta extenſione habebit locũ diſpoſitio præhabitæ concluſionis. ita voluit Bal in. v. col. in dicta. l. ij. de reſcinden. vend. po. quam omnium contractuũ bo. fi. eadem eſt æquitas. ergo idem ius debet eſſe. l. ſciendum. §. deinde. ff. de ædili. edic. facit. l. item ſi pretio. §. fina. ff. loca. facit glo. in. l. in venditione. §. j. ff. de bon. autho. iudi. poſſ. quæ de contractu locationis loquitur, in quo ita firmat Ange. de Are. Inſtitu. loca. in. j. col. allegando glo. in. l. ſi olei. C. loca. firmat idem Pau. de Caſt. pen. colum. & in. d. l. ij. & hic Io. de Imo. in pen. col. & do. Abb. eodem modo hic penul. col. dicẽdo, quòd concluſio habet locũ in omnibus contractibus bonæ fid. quod cõmune eſt omnium ſcribentium, licet ratio Abb. nõ placet, dum dixit, nam verbum venditio largo modo ſumẽdo, comprehendit omnem contractum, per quem transfertur dominium, per tex. in. l. ſtatulíberi. ff. de ſtatulibe. quia ſecundũ iſtam rationem contractus locationis, non comprehenderetur, quod eſt contra communem, & cõtra id quod ipſemet Abb. dixerat in eadem pen. col. loquendo in contractu locationis.

8 ¶ †Secundo extendo dictam concluſionem veram, intelligendo non ſolum in contractibus bonæ fidei nominatis, ſed etiam in innominatis, vt in contractu permutationis, q eſt contractus bonæ fidei innominatus, ita firmat Bal. in dicta. l. ij. in. v. colum. quod firmat etiam Ioã. de Imo. in clem. j. de reb. eccl. vij. col. dicendo, quòd. l. ij. de reſcind. vend. habet locum in omnibus quæ ſunt loco emptionis. vt. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. in. l. fi. & talis eſt contractus locationis, & permutationis ſecundum eum. allegat. l. qui autẽ. ff. de his qui in frau. patro. idem firmat Imo. antep. col. in. c. cum dilecti. ſupra eo. & incidenter not. in iſto contractu permutationis, quòd in eodem habet locum actio redhibitoria, & quanti minoris. ita probat tex. ſorte ſing. in. l. ſciẽdum. i. in §. deinde. verſi. ſi emptor. ff. de ædil. edic. quod commendauit Franc. de Crema ſuis ſingula. in fi. penulti. fol.

9 ¶ †Tertio extendo, & intelligo concluſionem procedere in contractibus ſtricti iuris interpoſitis ſuper contractibus bonæ fidei, ſecundum glo. ſingu. in. l. ſi quis cum aliter. de verb. obliga. quem commendat Io. de Imo. penul. colum. ſupra in c. cum dilecti. & Ange. de Are. Inſtitu. loca. in. j. col. & Alexã. &

& alij in dicta.l.ſi quis cum aliter. & ita communiter per omnes tenetur, quòd tūc demum habeat locum remedium dictæ .l.ij. in contractu ſtricti iuris, quando fuit interpoſitum ſuper contractu bonæ fidei, vt in ſtipulatione interpoſita ſuper contractu bonæ fidei, immò fortius concludunt ſcriben. in dicta.l.ſi quis cum aliter. poſt Barto. ibi, quòd ſi fuerit interpoſita ſtipulatio animo nouandi ipſum contractum bo.fi. adhuc habebit locum remedium dictæ.l.ij. qa priuilegium competens primæ actioni nouatæ, intelligitur repetitum in ſtipulatione nouante, per id quod habetur in.l.aliam. ff.de noua. Io. de Imo. tamen in.c.cum dilecti.ſupra eod. in penul. colū. reprehendit Bar. in hoc vltimo in.d.l.ſi quis cum aliter, dicendo, quòd.l.aliam. ex qua ſe fundat Barto. loquitur in priuilegio prælationis, quòd priuile-
10 gium † ita eſt proportionabile ſtipulationi, ſicut alteri contractui bonæ fi. ideſt, quòd mediātē ſtipulatione quis præferatur alijs creditoribus, ſed in quæſtione noſtra, quando nouatus eſt contractus bonæ fidei, remanente ſtipulatione, & ſic remanente contractu ſtricti iuris, videtur impoſſibile quod videatur repetitum beneficium.l.ij. quia tale priuilegium non eſt proportionabile ſtipulationi cū ſit ſtricti iuris, in quo non habet locum beneficium.l.ij. defenditur tamen Bart. ab iſta impugnatione per Aret. in.d.l.ſi quis cum aliter. vbi etiam nouiſſimi dicentes, quòd licet contractus bonæ fidei ſit nouatus per ſtipulationem: tamen cum ſtipulatio ſubrogetur loco contractus bo.fi. aſſumit eius naturam, ideò proportionatur remedium .l.ij. quòd & fortius defendetur Barto. vera exiſtente mea opin. de qua ſtatim infra, in qua firmo remedium.d. .l.ij. & .c. noſtri. habere locum in cōtractibus ſtricti iuris, quia tunc verum erit dicere, quòd proportionabile ſit iſtud remedium ſtipulationi. ex ſupra dictis facilè elicitur ſecundum communem opin. quod remedium.l.ij. & .c. noſtrum. non vendicant ſibi locum in contractibus ſtricti iuris, ita do. Imo. in.c.noſtro. in penult. column. ita Iaſ. in.d.l.ſi quis cum aliter. etiam in penul. colum. & ſic in omnibus contractibus introductis à iure ciuili, poſtquàm illi dicuntur contractus ſtricti iuris ex doctrina Bald. de qua ſupra in princ. concluſionis non poterit intentari remediū iſtorum iurium, ſed intentabitur remedium prædictæ.l. ſi quis cū aliter. ex quo infertur ad cōtractum emphyteoticum, quia ſi

K 3 in

in eodem detur deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, non erit locus remedio iſtorum iurium, & eodem modo in contractu feudali, poſtquàm iſti contractus non iuriſgentium: ſed iuris ciuilis, & ſic ſtricti iuris iudicantur, & eodem modo in ſimilibus eſt dicendum eadem ratione, ita firmat Spec. in tit. de empt. & vendi. §. nunc dicendum. & ver. nunquid. & verſi. ibi ſequen. & ita in iſtis contractibus proxime dictis firmat Io. Imol. in. c. cum dilecti. antepen. colū. ſupra eod. licet hic in c. noſtro. penult. col. titubat in iſtis contractibus. ſ. emphyteoſis, & feudi, quando vnum, & quando aliud dicendo. contrariam tamen opin. quòd immò in iſtis contractibus habet locum remediū. l. ij. & c. noſtri. firmat idem Spec. in titu. de loca. in. §. nunc vero aliqua. verſi. nonageſimo. & ſic eſt ſibi contrarius, & iſtam vltimam partē tenet Anto. de But. in. d. c. cum dilecti. & apertius Pau. de Ca. in. d. l. ij. de reſcind. vend. & Io. de Imo. in. c. ad noſtram. de re. eccle. pen. col. & hic Abb. eodē modo penult. colū. in emphyteoſi, loquendo, licet in contractibus ſtricti iuris dubitet: & tamen conſtat emphyteoſim talem eſſe, & iſtorum opin. comprobatur, quia iſti contractus ſunt ſimiles venditioni, & locationi, vt colligitur ex. §. adeò. Inſtit. loca. & propter iſtam rationem, Bal. in dicta. l. ij. de reſcind. vend. vbi contrarium tenuerat, & iſtam rationem ſatis hic ſenſit Ioan. de Imo. penult. col. & iſta pars mihi de iure videtur verior, & ſuſtentabilior ex eadem iſtorum cōtractuum ad alios bo. fi. ratione, ex qua elicio latiorem concluſionem, quòd in contractibus ſtricti iuris, in quibus eſt eadem ratio,
11 † ſicut in contractibus bo. fidei deceptus vltra dimidiam iuſti
12 pretij poſſit † intentare remedium. l. ij. & iſtius. c. poſtquàm nullibi contrarium reperitur, quòd in hoc differant contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vbi enim inter iſtos contractus non datur ratio diuerſitatis, debet idem ius eſſe. argumen. c. ij. de tranſla. prælat. & l. illud. ff. ad leg. aquil. vidiſtis enim quanta fuit difficultas in. c. cum dilecti. ſupra eod. in danda ratione diuerſitatis, & quare in dolo dante cauſam contractui diuerſum ius ſtatuitur in contractib⁹ bonæ fidei, & ſtricti iuris, quaſi vbi nulla fuiſſet ratio diuerſitatis eadem deberet dici iuris diſpoſitio, vt ibi ſcripſi. probari poſſet etiam iſta concluſio pōderando tex. in. l. ſtatuliberi. §. quoniam lex. ibi dum dicit tex. nec intereſt quo genere dominus fuerit. ff. de ſta. liber. vbi

13 probatur, † quòd verbum venditio comprehendit largo modo omnem contractum, per quem dominium transfertur, coniuncto modo illo verſi. nec intereſt quo genere dominus ſit, cum. c. noſtro. & .l. ij. loquẽtibus de empt. & vendi. probari videtur, quod habeant locum illa iura in quocunque contractu, ex quo dominium qualecunque transfertur, maxime poſtquàm materia eſt fauorabilis. quo caſu domini appellatione quodcunque comprehenditur, vt per ſcribentes in. c. nulli. de rebus eccle. poſt glo. ibi, quæ dum de alienatione loquuntur ſatis de dominio loquuntur: ſecundum .l. j. C. de fun. dota. & latè dixi iſto anno in rub. de reb. eccle. iſta dixi, quia conſtat, quòd in emphyteoticarium, & feudatariũ tranſit vtile dominium directo apud dominum manente, vt per Abb. in rub. de feud. & per glo. iiij. in. c. fina. de pigno. & per Pau. de Ca. cõſi. ccclxxxvij. in. ij. volum. per Felyn. vij. fol. iij. colum. in. c. quæ in eccleſiarum. & per conſequens eadem ratione, vt dixi, idem erit dicendum in alijs contractibus ſtricti iuris, quòd etiam patebit inferius in limitationibus, dum glo. exponunt de tranſactione loquente, licet contrarium voluerit communis opinio in. d. .l. ſi quis cum aliter, & aduertas dum dixi, quãdo eſt eadem ratio in iſtis contractibus emphyteoſis, & feudi, multotiens immò vt plurimum videbis q̃ eſt diuerſa ratio ab alijs contractibus, neque tunc mirandum ſi non habeat in eis locum remedium. l. ij. propter diuerſam rationem. pono exemplum in feudo franco, vel feudo libero, de quo per Io. And. in addi. Specu. in rub. de præſcript. circa fi. quia in eo non procederet aliquo pacto remediũ. l. ij. ſeu iſtius. c. poſtquàm nihil. ibi ſoluitur, quia magis præſtatur gratia, & amore, quàm pretio. & eſt quædam remuneratio inæſtimabilis fidei, quia tenetur dominum adiuuare, ſecundum Bald. in dicta. l. ij. in vj. col. pro quo facit capitulum primum de feudo dato in vic. leg. commiſſo. & capitulum primum. de forma fidelita. & iſto caſu bene loquitur Specu. in dicto titu. de empt. & vendi. ſi ante certum pretium feudatari⁹ deberet ſoluere, ſeu certum ſeruitium quolibet anno eſſet ſecus: quia tunc eadem ratione poſſit idem conſiderari, ſicut in alijs contractibus, quia conſiderato quod reperiri potuiſſent alia ſeruitia, quorum æſtimatio excederet æſtimationem iſtius ſeruitij, præſtandi vltra dimidiam iuſti pre-

pretij, non video quare non habeat locum remedium. d.l.ij. ita firmat Imol.in.d.c. ad noſtram. de reb. eccle. Dico clarius & melius, quòd in iſtis contractibus emphyteoſis, vel feudi, vel ſimilibus aliquando præſtatur ſeruitium, vel penſio ſolum ad recognitionem dominij, vt regulariter fit, aliquando præſtatur, vel ſoluitur ſolum ad compenſationem fructuum percipiendo. ¶ Primo caſu dico vobis veram eſſe doctrinã Spe. in.d.titu. de empt. & vendi. de qua ſupra, quia ibi nullo modo poſſumus dicere, quòd debeat eſſe eadem ratio, ſicut in alijs contractibus, poſtquàm ptium ibi non ſoluitur in recompenſationem valoris rei: quod tamẽ in alijs contractibus bonæ fid. conſtat pretium ſolui.

14 ¶ †Secundo vero caſu procedit quod dixit ſecundo loco Specu. in tit. de loca. cùm tunc penitus ſit eadem ratio, ſicut in locatione, & cõductione, & in emptione & venditione. quod teneas perpetuo mẽti, quia diſtinctio iſta habet ſaporem, & intelligentiam, quam facio in ſimili eorum quæ Bal. ſenſit in. l. iiij. oppo. & in rub. de iure emphyt. & eorum quæ Imo. & Ancha. in. c. potuit. de loca. & eorum quæ do. Andr. in rub. de loca. in vltima quæſt. dum ſentiunt ad habendam remiſſionẽ propter ſterilitatem in contractu emphyteotico, vel affictus habendã conſiderationem penſionis, quia ſi ſoluitur ad recõpenſationem fructuum, eadem omnimoda ratione, qua in locatione firmandum eſſet quòd ſic, in dubio tamen quando aliter non apparet de intentione contrahentium iſte contractus potius iudicaretur locationis propter talem penſionem quam emphyteoticus. Bald. in c. literę. de dilatio. quem infra proxime allego: ſecus autem ſi ſolueretur modica penſio ad recognitionem dominij. ſ. qa tunc non fieret remiſſio ex diuerſa ratione. facit in ſimili qđ Bal. ſingulariter dixit in. c. literæ. de dilatio. in. iij. col. de quo habui mentionem ſupra. c. proximo. poſt Fel. in. c. intantum. de ſimonia. ij. col.

15 ¶ †Vnum tamen dico tibi, quòd dato qđ in iſtis contractibus ſtricti iuris non haberet locum remedium iſtius. c. & illius. l. ij. ſecundum omnes, tamen habet locum remedium. l. ſi quis cum aliter. de verbo. obligat. quod in effectu in nullo, vel minimo differt à remedio. d. l. ij. & c. noſtri. poſt quàm ante traditionem deceptus vltra dimidiam habet exceptionem doli contra agentẽ, vt in dicta. l. ſi quis cum aliter. legitur, & notatur, & ſi rem iam tradiderit, habet cõdictionem

ãcm indebiti, vel incerti ad rē traditam recuperãdam, & eam retinebit, donec ſibi ſuppleatur iuſtum pretium, ita voluit Bar. in dicta. l. ſi quis cum aliter. vnde ſi quis promiſit animo donandi rem valentem decem, putans ſolum valere quatuor, & hoc conſtat, poterit rem retinere donec ſibi ſuppleatur pretium vltra quatuor, vel condicere ſi tradidit ad eundem effectum, & ſi dicatur tutus doli exceptione ante traditionem, non poteſt repetere per ea quæ habentur in. l. qui exceptionē. ff. de condi. indeb. vbi ſi aliquis eſt tutus exceptione odioſa, & ſoluit licet per ignorantiam, non repetit. quod etiam tenuit Azo in ſum. de reſcinden. ven. & videntur ſenſiſſe glo. in. d. l. ſi quis cum aliter. & in. d. l. nihilominus. hoc non obſtante tenenda eſt præcedens concluſio. nec obſtant quæ proxime dicta ſunt, quia licet iſte deceptus ſit tutus exceptione odioſa nō tamen eſt odioſa ſui prin. vel in ipſo minor contractus. quo caſu loquitur. d. l. qui exceptionem. ſecus quando ex poſt facto oritur, ſicut in caſu noſtro, in quo ſolum cenſetur dolus committi tempore, quo petitur res, in qua quis eſt deceptus vltra dimidiam. ideò tunc non habet locum. d. l. qui exceptionem. per id quod not. glo. valde not. in l. qui ſe debere. ff. de condi. ob cau. facit quod habetur in. l. indebiti. & in. l. ſed & ſi me. §. fina. ff. de condi. indebi. ita ſingulariter Alexan. in d. l. ſi quis cum aliter. ij. colum. poſt Barto. ibi, & idem Pau. de Caſt. iiij. colum. in. d. l. ij. & Io. de Imo. hic penul. col. per quæ vides, vt dixi, non multum intereſſe competat vnum remedium, vel aliud, maxime attenta communi opinione, quæ tenet vtroque iure, quem non compelli actionem, vel remedium proponere, ſed ſatis eſt factum ꝓponere, ex quo actio elicitur, vt per Io. And. & Abb. in vulga. c. dilecti. ſuprà de iudi. licet aliqui voluerunt, & male in eo. c. poſt glo. ibi, quòd hoc ſolum de iure canonico ſit

16 ſpeciale. ¶ † Quinta ſit extenſio, quia procedet concluſio regulæ, etiam decreto ſuperioris interueniente in contractu emptionis. Item eodem modo facta venditione in ſubhaſtatione, quia etiam ſi illis caſibus datur deceptis vltra dimidiam iuſti pretij, competeret remedium d. l. ij. & c. noſtri. de quo remitto me ad latius dicenda per me circa hoc infra in ſexta limitatione.

17 ¶ † Sexta ſit, & notabilis extenſio, quia procederet concluſio regulæ, etiam ſi deceptus renuntiaret omnibus benefi-

cijs, quia per iſtam generalem renuntiationem non videtur renuntiatum beneficio. l.ij.& huic.c.ita Bal.voluit ſing. poſt Nico.de Matarelis.in.d.l.ij. de reſcind.vend. in.v.col. &.v.q. ratio eſt, quia generalis renunciatio non ſufficit, vbi ratione ignorantiæ prouidetur, vt in.l. cum aquiliana. ff. de tranſact. Iſtam concluſionem ſequitur Pau.de Caſt.in.d l.ij.in quinta

18 concluſione. ¶ † Septimo extẽdo dictam regulam, etiam ſi venditor feciſſet pactum emptori, quòd reddendo pretium vſque ad certum terminum res ſibi redderetur, quia dato quòd venditor non reddat pretium infra terminum, poſt terminũ poteſt vti beneficio iſtius legis, quia per lapſum temporis remiſit ſpeciale auxilium, quod habebat ex pacto: non tamen beneficium quod habebat à lege, ita firmat ſing. Bal. poſt Odof. & Nico.de Mat. in dicta.l ij.in viij.queſtio.princip.vj.colum.

¶ Item octauo extendo concluſionem regulæ veram eſſe, etiam in ſpe vendita, quia quando emptor dediſſet vltra dimidium eius, quod communiter fuiſſet datum, haberet remediũ huius.c.ita voluit Pet. de Ancha. hic, quem ſequitur Ioan. de Imo.in fi. quod not.pro.l.ſi iactum retis.ff.de actio.empt.

¶ Nono extendo concluſionem regulæ non ſolum habere locum in priuatis perſonis, ſed etiam in eccleſijs, & pijs locis ſibi adinuicem vendentibus, vt patet in.c.noſtro. & in.c.cum dilecti. ſupra eod. intelligendo ſeruata forma, prout ibi in ratione dubitandi intellexi. iſtam extẽſionem poſuit etiam Bal.in.d.l.ij.in.iiij.quæſtio.

¶ Decimo extendo concluſionem regulæ veram eſſe, non ſolum in domino vendente decepto vltra dimidiam, verum etiã in non domino vendente, quia talis deceptus habebit remedia ſuperius allegata, ita ſingulariter voluit Bald. in princip.l.ij. in.xviij.quæſtione. ¶ Vndecimo extendo concluſionem regulæ intantum eſſe veram, quòd etiam ſi iuramentum interpoſitum fuerit de ſeruando contractum, adhuc poteſt reſcindi ratione enormis læſioſionis, per ea quæ ſingulariter not. Alexan.conſi.xxviij.j.volum. licet in iſto.c.contrarium communiter teneatur, niſi petita fuerit abſolutio, & eodem modo Pau. de Caſt. dixit in ſeptima concluſione.in.d.l.ij. tamen quod proxime dixi defendere intendo infra in expoſitione glo. quæ de iuramento

19 loquitur. ¶ Duodecimo, & vltimo extendo concluſionem regulæ veram eſſe, ſiue venditio facta fuerit per ſeipſum, ſiue

per

p procuratorem generalem, quia ſi deceptus fuerit citra dimidiã, nullum habebit remedium, ſi vltra dimidiam habebit remedia præallegata: ita clarè do. Abb. hic in ſecũda oppo. qđ in eadem latius declarabo. & voluit do. Alexã. penul. colum. in d. l. ſi quis cum aliter. contra Barto. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. qui tenebat primum caput concluſionis regulæ præhabitæ non habere locum in eo qui per procuratorem generalem deceptus eſſet. Pro principio limitationũ inſra dicendarum intro primo ordinem Abba. & capio primam oppoſi. ex reſolutione cuius aliquæ limitationes elicientur.

Opponit igitur primo contra tex. dictæ. l. quiſquis. C. de reſcind. vend. coniuncta. l. campanus. ff. de ope. lib. & l. ſi qs donationis. ff. de contrah. empt. prima. l. probat, quòd quis præſumitur ſcire valorem rei ſuæ, ex quo elicitur cum ſecunda. l. quòd vendendo pro minori pretio videtur donaſſe reſiduũ. ergo concluditur cum tertia, quòd non eſſet audiendus veniens contra venditionem. ſoluit, & bene ipſe do. Abb. ex dictis cuius reſultant tres concluſiones. Prima ſciens verum valorem rei ſuæ, & vendens minus iuſti pretij, eo ipſo intelligitur renuntiare iuri ſuo. Secunda concluſio in dubio vendens minus dimidia iuſti pretij præſumitur ignoraſſe verum valorem rei ſuæ, ideò ei ſuccurritur. Tertia concluſio ignorans verum valorem rei ſuæ, vendens minus dimidia iuſti pretij, excluditur à iure ſuo, ſi adiecit in venditione, quòd donabat quod plus valebat, ſiue in magna, ſiue in parua quantitate, ſecus ſi ſolum dixiſſet, q donabat quod plus valebat, quia tunc non excluderetur. vides iam ex ſupradictis duas limitationes ad regulam ſupra poſitam. Prima, quando conſtat venditorem ſciuiſſe valorem rei ſuæ, quia tali caſu deceptus nullum habet remedium. Secunda, quando adieciſſet qđ donabat qđ plus valebat ẽt in magna quantitate. quas declaro ſtatim ſecundum ordinem iſtarum concluſionum Abba.

20 ¶ † Primam concluſionem, & ſic primam limitationẽ approbant cõiter docto. in. d. l. ſi quis cum aliter. & in præallega. l. ii. de reſcind. vend. & eam firmat Spec. in tit. de empt. & vend. §. nunc reſtat. ver. quid ſi aliquis ſciens. facit. l. vẽditor. C. de reſcin. ven. & ideò dicunt Bart. & Bal. in præalleg. l. ij. quod agẽs remedio eiuſdẽ. l. debet ĩ formatione libelli aſſerere ſe fuiſſe deceptũ, & ignoraſſe verũ ptiũ rei venditæ, ad hoc, vt libell' con-

clu-

cludat, quia aliàs non concluderet, ita Pau. de Caſt. in. d. l. ij. in ſecunda concluſione. ſed cū ſuppoſitatione ipſorum videtur quod male dicant, poſtquā ex ſecunda concluſione ſupra poſita, communiter approbata præſumitur ignoraſſe pretium rei. ergo ſatis eſt libellum concludere præſumptiuè, per tex. & ibi not. in. l. omnes. in. §. lucius. ff. de his qui in frau. credi. poſſet defendi eorum dictum ex ſingul. doctrina Barto. in. l. cum quid. ff. ſi cert. peta. dum vult pro intelligentia. l. ſi adulterium. quòd notorietas, ſeu iuris præſumptio, quæ ſurgit ex facto agentis, vel excipientis, debet allegari per eum, aliàs nō præſumetur, de quo Felyn. & Abb. exclamant in. c. afferte. de præſumpt. quod ſatis eſt quæſtio. noſtræ applicabile, quia iſta præſumptio ignorantiæ oritur ex facto agentis cum non præſumatur vendendo velle ſuū iactare: ideò non immeritò, ſi per eum debeat allegari.

¶ Venio ad ſecundam concluſionem ex dictis Abb. quæ vera eſt, & communiter approbata, pro qua. iij. gloſ. valde not. in dicta. l. quiſquis. C. de reſcind. ven. & Imo. hic antepenul. præallega. col. aliàs ſi vera non eſſet concluſio taro, aut nūquam haberet locum præallega. l. ij. & c. noſtrum. poſtquàm ſi vendens rem ſuam, præſumeretur ſcire, ſemper præſumeretur donare. argumen. illius. l. quiſquis. quod non eſt dicendum, ne ludibrio iura illa facta eſſe dicantur; aliquid dixi circa hoc. in. c. cum dilecti. in ſecundo nota. in primo caſu, ibi me remitto, quando autem non fuiſſet tanta læſio, quia non vltra dimidiam, ſed citrà aliquis eſſet deceptus, procederet præallega. l. quiſquis. quia præſumeretur ſcire valorem rei ſuæ. & ideo tanquàm donaſſe videatur reſiduum, ei non ſuccurritur: quod voluit Cyn. in dicta

21 . l. quiſquis. ¶ † Circa vltimā concluſionem Abb. in qua ſubintro ſecundam limitationem regulæ, pro qua vide as Bald. in d. l. ij. C. de reſcinden. vendi. in vij. quæſtio. qui eodem modo ſi mat, quòd per illam adiectionem, quòd donabat, quòd plus vltra valebat, ſiue in parua, ſiue magna quantitate, excluditur à beneficio. d. l. ij. dicit tamen ibi Bald. quòd cautela eſſet, vt in inſtrumento ponantur, & ſubiungantur iſta verba, non per errorem, ſed ex certa ſcientia, ita quòd hoc confiteatur venditor: ego etiam puto pro maiori cautela ſubiungendum, etiam ſi excederet dimidiam iuſti pretii, vel quòd dicatur renuntiando beneficio. l. ij. ita moderniores in. d. l. ſi quis cū ali-

aliter. ita Barto. & Pa. de Caſt. in. l. ſi quis donatio. is. C. de contrahen. empt. & Salyce. in d. l. ij. & Ange. de Are. xij. colū. in. §. actionum. Inſtit. de actio. quæ bene cum diligentia not. quia dicendo ſolum, prout Ab. dixit, poſſet merito dubitari an ratione enormiſſimę læſionis poſſit contractus reſcindi, non obſtantibus illis verbis. argum. eorum quæ in ſimili Pau. de Caſt. dixit in. l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. quem Alexan. penul. col. in prin. refert in. d. l. ſi quis cum aliter. licet eum non ſequatur. & argumen. eorum quæ in ſimili Ioan. de Imo. dixit de eo qui iurauit non contrauenire ratione enormis læſionis, quia poterit ratione enormiſſimæ. Ita dixit in. c. cum contingat. xxviij. colū. de iureiuran. quem ſequitur Philip. Fran. iiij. col. in c. quamuis. de pac. l. l b. vi. facit quod Abb. in fi. iſtius. c. dum loquitur de maiore enormiſſime læſo, cui ſuccurritur habita abſolutione à iuramento, quando iurauit non contrauenire. Non omitto vnum circa tertiam cōcluſionem Abb. pro eius declaratione, quia nō procedet eius cautela in minore vendente, aſſerente ſe velle donare, quòd plus res valebat etiam in magna quantitate, quia in minore præſumitur deceptio. argu. l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. ita voluit ſingu. de. Abb. circa fin. iſtius. c. quod not. cum diligentia pro limitatione illius con-
22 cluſionis. ¶ † Ex ſupradictis in iſta tertia concluſione ſatis reſultat, tertia limit. concluſionis regulæ primo habitæ, quia non habent locum remedia p̄dicta quotiens quis contrahendo renuntiat beneficio. d. l. ij. poteſt enim qs expreſſe renuntiare, vel tacitè dicendo, prout Abb. hic dixit, maxime cum additione ſuprapoſita. arg. l. ſi qs in conſcribendo. C. de pact. & c. ad apoſtolicam. de reg. ita firmat Bal. & Pau. de Caſt. in pręallega. l. ij. in. ij. colū. in prima concluſione. per. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. conſideres modo, quòd in calce dixi iſtius. iij. concluſionis Abb. dum dixi, ſecus ſi dixiſſet ſimpliciter, quòd donabat quod plus valebat, quia vlterius non adijciendo in parua, vel magna quantitate non excludetur à beneficio. d. l. ij. quia licet iſta fuerit concluſio Barto. in. d. l. ſi quis cum aliter. quem ibi communiter docto. ſequuntur. Ludo. tamen Ro. in eadem. l. ſi qs cum aliter. ex quibuſdam fundamentis qui aliàs fuerunt Io. de Imo. in eadem. l. & etiam in c. noſtro. inſurgit contra Bart. eum reprehendendo, dicendo, quòd immò ſola illa clauſula, dicendo, quòd donabat quod plus

plus valebat, importat de ſe magnam lęſionem, etiam ſi non exprimatur, quia alias clauſula illa videretur ſuperfluè poſita, poſtquàm ſine illa potuit vſque ad dimidiam decipere, intelligere ergo, quòd clauſula eſſet ſuperfluè poſita eſt contra.l.ſi quando. de lega.j. & contra.c. ſi papa.de priuile.lib.vj. immò & ſecundo intelligenda ſecundum quod Bar.intelligit, videretur clauſula illa poſita potius in fauorem venditoris, quàm emptoris, cuius tãtum conſtat fauore poſita, erat contra.l.legata inutiliter. de leg.j.&.ff.de adimen.lega. quibus tamen, & alijs non obſtan. Alexan.& alij moderniores defendunt Bart. ab his impugnationibus, dicendo quo ad primum quòd ſatis eſt clauſulam aliquid operari in fauorem emptoris ſine eo quod ad magnum dãnum trahatur, quia habet in illo modico quod plus valet, volũtatem venditoris, quod multum valet in foro conſcientiæ, ſecundum Aret.in.d.l.ſi quis cum aliter.quia aliàs in foro conſcientiæ teneretur de deceptione, etiam citra dimidiam.quæ ſolutio mihi non placet, quia etiam ſine iſta voluntate venditoris in foro conſcientiæ potuit eſſe tutus ſecundum ea quæ dixi in c.cum dilecti. ſupra eod. in.ij. not.& in tertio caſu prin. vnde pro vera ſolutione iſtius primi contrarij, reſponde melius ſecundum Alex. in.d.l.ſi quis cũ aliter. quòd illa clauſula operabitur, quia iſtud modicum donatum poterit impedire remedium.d.l.ij. quia ad hoc, vt habeat locum dictum remedium, requiritur, ꝙ illud modicum ſit vltra dimidiam iuſti pretij. Nõ obſtat modo ſecunda opp.quæ fortior videbatur, dum dixit, quòd inductá ad vnum finem operabantur contra effectum, poſtq̃ ſi nõ eſſet appoſita, licet venditori decipere emptorem vſque ad dimidiam, & cum illa clauſula non licet, niſi in modica quantitate. Ad quod reſpondeo, licet per doct.non reſoluatur:& dico, ꝙ per prouiſionem hominis non tollitur iuris ꝓuiſio, hoc eſt, ꝙ non obſtante illa clauſula poteſt ipſe vti legis diſpoſitione in decipiẽdo vſq; ad dimidiam, ita in ſimili ſing. dixit Inno.in.c.potuit.de loca. in.iij.fol.iij.col.in prin. dicendo, quòd.l.fi.C.de pac.cõuen. quæ ſentit contra.debet intelligi in iure ſpeciali, ita quòd per ꝓuiſionem hominis tollatur ius ſpeciale:ſecus autem de iure communi: pro rõne eſt, quia facilius tollitur ius ſpeciale, quã ius commune.l.ẽius militis.in.§.ſi militia miſſus. ff.de milit. teſta. quod teneas menti, quia ſatis fuit de mẽte Bar.in.d.l.fi.

23 de pac. conuen. ¶ † Ex ſupra dictis in tertia extenſione reſultat quarta limitatio ad concluſionem regulæ ſupra poſitę, q̃ procedet niſi in contractibus ſtricti iuris ſecundum communem opin. quia in eis non haberet locum remedium. d. l. ij. ſeu c. noſtri. quod tu declarabis limitãdo dupliciter, vt in p̃dicta tertia extenſione videbis; ſecundum autem aliam opi. quam ibi firmaui, non eſſet limitatio, ſed
24 potius extenſio. ¶ † Capio ſecundam oppo. Abb. & videtur ſecundum eum, ꝙ minor deceptio citra dimidiam iuſti pretij ſufficeret. arg. l. ſi libertus. ff. de ope. lib. vbi ſi arbitrator qui eſt compoſitor inter partes lædit nimium aliam partem, põt peti reductio ad arbitrium boni viri. c. veniens. & c. quintauallis. de iureiur. ſoluit ipſe Abb. ex cuius ſolutione talis elicitur concluſio. decepto etiam citra dimidiam iuſti pretij per tertiam ꝑſonam, ſi non eſt quid decepto imputetur, ſuccurritur, nõ obſtante. l. ij. de reſcin. ven. ex quo eliciũtur tria. Primum, ꝙ decepto mediãte arbitratore, in quo quis confidit tanq̃ in bono viro ſuccurritur, & citra dimidiã iuſti pretij. arg. tex. in. l. vnde ſi neuę. cum. l. ſeq. ff. pro ſoc. de cuius intellectu Abb. ſingu. in c. quintauallis. de iureiuran. in xvj. col. Secũdo elicitur, ꝙ decepto mediante ſpeciali ꝓcuratore qui exceſſit fines mandati, ſuccurritur etiam citra dimidiã iuſti pretij propter. l. diligẽter. ff. manda. quia ſibi non eſt quid imputetur. Tertio elicitur, ꝙ decepto mediante procuratore generali citra dimidiam iuſti p̃tij non ſuccurritur, quia eſſet quid ſibi imputetur negligentem procuratorem, conſtituendo q̃cquid aliter & male. Bart. ſenſerit in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. licet eum ſecutus fuerit Pau. de Ca. ĩ prin. ij. col. in. d. l. ij. de reſcin. vend. arguendo de arbitratore ad ꝓ-
25 curatorem, † quos communiter ſcriben. reprehendunt, vt ꝑ Alex. poſt Ro. & alios in. d. l. ſi voluntate. C. de reſcinden. vendi. per quem etiam idem tenuit Imo. in. c. quintauallis. vj. queſtione. de iureiuran. nec argumentatio arbitratoris ad procuratorem valet, quia procuratorem potuit inſtruere, vt ſic faceret, non autem ipſum arbitratorem, ideò ex diuerſis male infertur. l. age cum geminiano. C. de tranſactio.
26 ¶ † Ex ſupradictis reſultat q̃nta limitatio ad regulam ſupra poſitam in primo eius capite, dum citra dimidiam iuſti pretij non dabatur remedium decepto, quia non procederet in eo qui mediante tertia perſona eſſet deceptus: & decepto nihil

nihil poſſet imputari. † Sextam limitationem ponit hic Abb. poſt oppoſi. quam dicit ſingul. Barto. in. l. j. C. de præd. decu. lib. x. vbi dicit, quòd ſi in contractu interuenit decretum iudicis non auditur pars prætextu læſionis, quaſi decretum iudicis excludit omnem præſumptionem fraudis, iſtam tamen limitationem non putat veram. do. Abb. quia licet ſit pſumptio, quòd non interuenit deceptio, non tamen eſt ſufficiens ad repellandam probationem in contrarium. ita videm' in minore, qui vendit cum decreto iudicis, & tutoris authoritate, qui auditur petens beneficium reſtitutionis, vt in. l. j. & ij. &. l. magis puto. de reb. eo. in. §. pen. & in. c. j. de reb. eccle. nõ alienan. lib. vj. Iſta ratio reprehẽſionis, quę videtur eſſe communis ſcribentium in dicta. l. ſi quis cum aliter, nunquam mihi placuit, immò per eam ſi rectè conſideretur, & aliud non adducatur, probaretur doctrina Bart quia poſtquàm minor auditur per viam reſtitutionis, & ſic beneficio ſpeciali: demonſtratur, quòd de iure communi non audiretur. argumen. l. iij. ff. rem rat. ha. p quam ſatis dicitur ratum haberi de iure communi per minorem, quod factum eſt per tutorem, quando petit reſtitutionem beneficio ſpeciali. eſto tamen dictæ reprehenſioni, non tàm dictis authoritatibus, quàm propter. c. noſtrum, &. c. cum dilecti. ſupra eod. in quibus probatur, quòd licet in rebus alienan. requiratur magna ſolemnitas cum authoritate ſuperioris, c. abbatibus, &. c. ſine exceptione. xij. quæſt. ij. c. j. de reb. eccle. lib. vj. tamen cõpetit remedium iſtorum iurium, quando decepta eſt vltra dimidiam iuſti pretij, & iſta fuit inductio do. Alexan. in. d. l. ſi quis cum aliter. melior quàm inductio Abb. hic, licet ibi etiam eandem indũctionem Abba. comprobauerit, & videas eundem Alexan. in. l. pretia rerum, ad leg. falci. in. iij. colum, vbi idem firmat contra Barto. & adducitur bonus tex. contra eum in. l. ij. de fi. inſtru. & iure haſt. fiſc. lib. x. nec obſtat tex. inductus per Barto. in prę allega. l. j. quæ in veritate non probat id quod ipſe dicit, ſed bene probat, quòd quando facta eſt venditio cum decreto iudicis propter neceſſitatem rei familiaris, de qua conſtat, non poteſt venditor allegare ſe dolo inductum ad vendendum, nec oppreſſum per potentiam emptoris, ita Ange. de Are. in. §. ſi quis agens. Inſtitu. de act. in. iij. colum. poſt Ioã. de Imo, in præallega. l. pretia rerum. & iſta eadem inductione, de qua ſupra

ſupra, iſtorum capitulorū iuncta authen. hoc ius porrectum. de ſacroſanc. eccle. dum de ſubhaſtatione rerum eccleſiæ alienandarū loquitur do. And. in. c. cum dilecti. ſupra eodem. in princip. reprehendit Ange. in repetitione. l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. qui. in. vj. colum. dixerat, ꝙ non haberet locum. l. ij. ſeu. c. noſtrum. in re vendita in ſubhaſtatione, & idē firmauerat in dicta. l. precia rerum. per tex. in dicta. l. j. de prędijs decur. lib. x. quæ in veritate nihil probat. & licet Ange. ſententia falſa ſit, vt cōiter docto. in dicta. l. ſi quis cum aliter. volunt; vbi do. Alexan. iiij. col. poſt Barto. in. l. j. de præſcrip. xxx. vel xl. anno. non tamen ex inductione And. falſa eſt: quia conſtat ſecundum nota. in. c. nulli. ſupra de rebus eccle. & in. c. j. eo. titu. lib. vj. in glo. ꝙ ſolenitas authē. hoc ius porectum. cum non ſeruatur de iure Canonico, probatur tantū falſitas concluſionis Aug. per tex. in. l. ſi quos. C. de reſciu. ven. literā non violando. immo fortius dicunt ſcriben. in. d. l. ſi quis cum aliter. quòd etiam ſi ſtatuto caueretur quòd res deberet ſubhaſtari, & dari plus offerenti quòd etiam tunc non ceſſaret remedium. d. l. ij. ita firmat ſin. Alex. in. d. l. ſi quis cū aliter. reprehēdēdo Pau. de Caſ.
28 in. l. precia rerum. ad. l. fal. † qui volebat, quòd tunc vt ſtatutum aliq̄d operaretur ceſſaret remedium. d. l. ij. quia dato, quòd ſtatutum nihil operaretur, erit tolerabilius quàm vt operetur, & quis indebite damno afficiatur vt voluit glo. quam ipſemet Pau. commendauit in. l. fi. §. in computatione. de iure delib. C. Facit, quod ſingu. dixit. Bal. in. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. idem ſentiens in ſtatuto quo cauetur vt vict⁹ victori cōdemnetur in expenſis, quia intelligetur niſi iuſtam, habuerit cauſam litigandi, ex dicta ratione, ne victor indebite dāno afficeretur, quæ teneas menti, quia ſing. & ſi inductio And. de qua. ſupra proxi. dixi contra Ang. vera fuiſſet, optima eſſet ad cōuicendum iſtud dictum Pau. de Caſt. poſtquam ſubhaſtatio neceſſario requirebatur in rebus eccleſiæ alienandis, ſecundum authen. hoc ius porrectum. vnū tamen dico tibi pro ſaluandis, doctrinis proximè reprobatis maximè pro doctrina Bar. & Ang. de quibus ſupra, poſſet attentari vno ſing. caſu. eos verum dixiſſe, videlicet quotiens ſuperioris autoritas interueniſſet magna cum ſolemnitate, & cum magna indagatione valoris rei venditæ, quia tunc puto non eſſe locum remedio. l. ij. præal. nec. c. noſtro. hoc pro-

bo arg.glo. fin. & vnicę. Inſti. de iure perſona. in ver. maior. ibi dum dicit glo. ſed nunquid habet in integrum reſtitutionē cum ſit minor.xxv. an licet ma ior.xx. reſpondit quòd non, qa non eſt mutanda tāta ſolemnitas. & ibi.d. Ange. not. glo. ꝙ quando contrahitur cum mino re cum magna ſolemnitate, nō eſt reſtituendus. Facit, ꝙ in ſimi li tradit Bar. de filio cōtrahente cum patre in. l. frater à fratre. ff. de condi. inde. ver. tertio quæro quid in contractibus. Secundo adduco glo. not. in .§. ſemel. inſtit. qui & ex qui. cauſis manu non licet. ver. retractetur. vbi di cit glo. nihil facile mutandum eſt, ex ſolemnibus. Tertio, & melius adduco glo. ſing. in cle. fi. de appella. in verſi. diffiniti ua, vbi ait ꝙ illud, ꝙ ſui natura eſt reuocabile vt ſententia inter locutoria, efficitur irreuocabile, quando ſolemniter diſcuſſum eſt de qua glo. Abb. & Peruſin. faciunt feſtum. iij. cōl. in. c. cum ceſſante. ſupra de appella. vbi Fely. vj. colum. ex quo ſatis ſen tiūt, ex iſta ſolemni diſcuſſione oriri præſumptionem iuris, & de iure; poſtquam interlocutoriam trāſire in rem iuudicatam, aſſerunt, ex dicta diſcuſſione. ergo non erit admittenda probatio in contrarium iuribus vul garibus. licet aliqui cōtra voluerunt. vt videbitis per Fely. in fin. iij. ſo. in. c. qualiter, quando primo in fi. de accuſa. & volo ſcias in iſta ſolemni indagatione, quòd interuenire debet ſuperioris autoritas, vel perſonæ publicę in valore perquirendo ipſius rei vendendæ, ſeu ſubhaſtandæ; per quòd ceſſant omnia, quæ ſuperius contra Bar. adducta ſunt, quia licet interueniat autoritas ſuperioris in re vendenda eccleſiæ, vel in re minoris, non tamen reperitur alicubi, quòd in decernendo valore rei, interuenire debuiſſet dicta authoritas, & ꝙ tūc daretur remedium. l. ij igitur non repugnant huic opinioni ſuperius adductæ, & concluſiuè ductus ſum ad ita firmandum iſta ratione; quia ille, qui aliàs ratione officij tenetur ex mala venditione facta de re minoris, vt puta, quia minori pretio vendidit excuſatur quando res vendita eſt ęſtimata publica authoritate. tex. eſt ſing. quē ibi Barto. dicit bis perpetuo menti tenendum in. l. fi. C. de magiſ. conue. eſt vltimus titu. quinti li. C. exclamat etiam Ludo. Roma. ſingu. 81. ꝙ facit pro p̄latis, & ſimilibus perſonis, & pro limitatione. l. cum mandato .§. fin. ff. de mino. eſt verbū ſing. & corde figendum.

29 ¶ † Capio nūc glo. & ex principio glo. fi. colligitur alia, & eſt ſeptima limitatio regulæ, ſupra poſitæ, quia

quia non habet locum in tranſactione, cuius ratione, capio ipſam glo. fin. quam diuido in tres partes. In prima quærit in tranſactione habeat locum .c. noſtrum. In ſecunda, quo iure agitur ad reſciſſionem illius contractus. In tertia quærit, quid, quando maior iurauit non contrauenire, & quid etiam de minore, an agant remedio iſtorum iurium. Secunda pars ibi, ſed quo iure agitur, tertia, ibi, Sed quid dices ſi maior.
30 † Vendo ad primam partem, cuius pro introductione quæro, an habeat locum tex. in tranſactione. &.d. glo. quòd non, ibi, dum dicit, ſecus in tranſactione. idem tenuerunt Vincen. & Tancre. & Ioan. And. & aliqui legiſtæ in. l. Lucius. ff. ad trebel. ſed glo. in. d. l. Lucius. & Bart. in. d. l. ij. & .l. ſi quis cum aliter firmant contrarium, dicentes, quòd etiam in tranſactione habebit locum remedium iſtorum iurium. Dicit tamen. Bar. quòd in conſideranda deceptione vltra dimidiam iuſti pretij. non debemus conſiderare tantum verum valorem rei petitæ, ſicut in alijs rebus ſed dubium euentum litis, & ita reſpondit. l. lucius, præalle. Bal. vero in. d. l. ij, ſequut' fuit glo. c. noſtri dicens, quòd in actu liberatorio vt eſt tranſactio non habet locum remedium. l. ij. arg. l. ſi inter. ff. de pactis. Item quia non dicitur læſus is, qui renuit contractum incertum in conditionis euentum. nam forte iſte ſuccubuiſſet Abb. tamen placet opi. glo. l. lucius. & Barto. vbi ſupra; quam vocat primam opinionem, quòd intellige reſpectu opinionis Bal. quam proxime recitaui, vel conſiderata origine ipſarum opi. quia conſtat primam fuiſſe glo. l. lucius. quā glo. noſtræ.
31 † Et quod iſta ſit veritas, patet ex dictis ſequentibus eiuſdem Abb. dum dixit nam ſatis eſt hunc eſſe deceptum vltra dimidiam habito reſpectu ad dubium litis euentum. Item, is, qui eſt ita enormiter deceptus, non videtur habuiſſe animum liberandi. arg. l. tres fratres. ff. de pactis. Item quia ex parte rei conuenti non procederet opi. Bal. quia reus deceptus non liberat actorem ſed ab eo liberatur iſta omnia manifeſtant intentionem ipſius Abb. quia fuit firmare glo. in. d. l. Lucius. hæc dico quia aliqui inconſideratè loquentes, dicunt Abba. in. c. noſtro. tenere contra opi. inter quos Iaſ. vij. col. in dicta .l. ſi quis cum aliter. vbi audacter dicit Alexan. male intellexiſſe Abba. dum ad aliud propoſitum allegauit firman-

do eum tenere, glo. in. d. l. lucius. Sed certe, vt audiuiſti, longe melius intellexit Abb. do. Alex. quã Iaſ. & iſta difficultas intelligentiæ Ab. proceſſit forte, quia vbi in fi. Abba. facit mẽtionem Bal. in. d. l. ij. voluit allegare Bal. in ea. l. ij. vel proceſſit dicta mala intelligentia, quia Abb. dixit, & mihi plus placet prima opi. & non legentes ſequentia verba Abb. putauerunt eum habuiſſe relationẽ ad opinionem noſtræ glo. quæ fuit in relatione prima. Sed vt ſuperi⁹ dixi in veritate alia fuit eius relatio, & eius intentio, quod patet etiam ex dictis eiuſdem. in. c. ij. de aliena. iudi. mu. cau. fac. in. iiij. col. vbi iſtud aperte firmat idem etiam dicendo in actione vendita, quia debet conſiderari in eadem dubius euentus litis, & labor expenſarum. Et ſic ex
32 ſupradictis facio † iſtam concluſionem ex mente Abb. In tranſactione, habito etiam reſpectu dubij euentus litis, ſi quis fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. aget remedio. l. ij. prçalleg. &. c. noſtri. eſt verum tamen, quòd idem Abb. conſulendo tenuit cõtrariam opi. in conſilio. xij. j. colum. in fi. ij. volu. conſi. quòd immo in tranſactione non habeat locum remedium dictç. l. ij. quaſi ſit magnum commodum, eo ipſo, ꝙ à lite receditur, & ſic firmat opi. glo. c. noſtri. quç hoc voluit, & iſtam opi. dicunt ſcriben. in. d. l. ſi quis cum aliter eſſe communem, & per cõſequens veriorẽ, vt ibi. Fran. Alexan. & Iaſ. vltimo loco. vij. colum. vbi dicit inconuincibiliter facere contra Bart. d. l. lucius. §. fi. ad trebel. ff. poſtquam ibi tex. abſolutè, & ſimpliciter vult tranſactionem non poſſe reſcindi prçtextu lçſionis conſiſtentis, in quadruplum. ergo videtur probare etiã conſiderato dubio euentu litis ſecundo allegat tex. in. l. ſub prçtextu. C. de trãſactio vbi. trãſactio nõ reſcinditur prætextu inſtrumẽtorũ nouiter repertorũ niſi dol⁹ interuenerit in occultando inſtrumenta, & tñ inſtrumenta oſtendunt, ꝙ dolus eſt in toto, & nihilominus propter tranſactionem non admittitur reſciſſio. Facit. iij. l. in ſumma. ff. de condic. indebi. Item iiij. quia tranſactio, & ſententia çquiparãtur. l. ij. ff. de iureiuran. quia vtrunq; eſt remedium finiendarum litium. l. fratris. C. de tranſac. ſed ſententia non retractatur, licet lata vltra dimidiam iuſti precij. l. ſub ſpecie. C. de re. iudi. &. l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſſe. ergo nec tranſactio. Iſtæ etiã fuerunt inductiones do. Alex. in. d. l. ſi qs cum aliter, & primò Ioan. de Imo. ibi & hic. iiij. & v. colum. à quò omnes habuerunt, quòd

licet

licet videantur multum vrgere, tamen pro opi. glo. in. dicta. l. lucius, & Abb. hic & Barto. in dicta. l. ſi quis cũ aliter. eſt tex. apertus iudicio meo in dicta. l. in ſumma. ff. de condi. inde. quẽ licet ipſi allegent pro contraria parte ponderando tex. in prin. ego autem adduco pro iſta parte ponderãdo tex. in exceptione, in prin. poſita ibi, ſin autem euidens calumnia, &c. coniuncta. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obli. probat inconuincibiliter iſtam concluſionem. dixit enim tex. in dicta. l. in ſumma. in prin. quòd illud, quòd tranſactionis nomine datur, nõ repetitur, nam hoc ipſo quòd à lite diſceditur cauſa eſſe videtur iſtud facit pro cõmuni, poſtea dicit tex. ſi ante euidens calumnia detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, & repititio dabitur. Põdero. d. verba, iuncta. l. ſi qs cum aliter. qua probatur reipſa dolum ineſſe quando quis decepitur vltra dimidiam iuſti precij, quod conſtat euidens eſſe poſtquã legis p̃ſumptione hoc colligitur, vulgata. l. licet imperator. de leg. j. ergo ineuitabiliter demonſtratur, ꝙ propter deceptionem vltra dimidiam iuſti
33 pretij † reſcindetur tranſactio dubio euentu litis computato in dicto iuſto precio, & ita firmat hic. Car. j. colum in fi. nec obſtant iura in contrarium ſuperius adducta, quibus primo generaliter poteſt reſponderi, quòd procedunt inſpecta, & cõſiderata vera ęſtimatione rei ſuper qua facta eſt trãſactio, ſecus inſpecto dubio euentu. Vel ſecundo, quòd prædicta iura intelligãtur ſecundum terminos l. ij. de reſciu. ven. ita dixit dominus. Alex. iij. colum in dicta. l. ſi quis cum aliter. dicendo, ꝙ iſto modo poſſet reſponderi ſi quis vellet Bar. defendere, & ſic glo. in dicta. l. lucius. Licet ipſe contrarium firmauerit. Et omnia iſta habuit ab Imo. hic. iiij. colum. qui eodem modo dixit ad vltimum cõtrarium. ſup. inductũ reſponderi poſſe, quòd verum eſt, quòd ęquiparantur tranſactio, & ſentẽtia data idẽtitate rationis; ſed in propoſito noſtro eſt diuerſa, quia à ſententia poteſt appellari, & ſi non appellatur ſibi imputet pars; ſecus eſt in tranſactione, contra quam nullum aliud eſt remedium. Ideò nõ immerito ſi cõpetat iſtud remedium. ita hic Imo. in præal. iiij, colũ. An autem quæ dicta ſunt in trãſactione, habeant locum in arbitramento cum videatur quædam tranſactio, vt in authen. ſi verò. C. de iudi. hoc eſt an in reducendo arbitramentum ad arbitriũ boni viri vt ad detegendam iniquitatem eius ſit opus conſiderare dubium euentum. Bar. in.

d.l.ſi quis cum aliter. voluit, ꝙ ſic, & in .§. arbitrorum. l. ſocietatem. ff. pro ſo. quam multi ſequuntur, & hic imo. in. 1. col. Bal. vero in.l.ij. C. de reſcī. ven.iij.col. firmat contrarium, dicendo doctrinam Barto. erroneam eſſe, quam & multi ſequuntur, vt Sal. Ro. Raph. in. d.l.ſi quis cum aliter. & Saly. in.d.§.arbitrorum. & Ioan. de Imo .in.c.quintauallis.de iureiuran. concluditur tamen per Moderniores in.d.l. ſi quis cū aliter, quòd præſuppoſita vera doctrina Barto. in caſu tranſactionis, de quo ſupra, idem in arbitramēto firmari poſſet, ꝓpter ſimilitudinem, quam habet tranſactio cum arbitramento, dubito in eorū fundamento dum dicunt, quòd eſt quædam

34 tranſactio † quia conſtat improprie eſſe tranſactionem, vt voluit glo. in.c.ſi quando.de offic.delegati quàm ſummè notauit Iaſon in fin. ij. folij in dicta.l.ſi quis cum aliter. ¶ Adeò quòd poſt Abba. ibi, ſtatutum loquens de tranſactione non comprehenderet amicabilem compoſitionem; & licet Abba. contrarium firmauit.ij.colum. in prin. c. expoſi. de arbi. argumento eiuſdem glo. ibi, dicēdo, quòd ſtatutum loquens in vno verificaretur in alio, quòd multum faceret pro doctrina Bar. ſi verum eſſet, nihilominus firmandum eſt contrarium; vt voluit Alexan. in.d.l. ſi quis cū aliter. poſt Bar. in.l. quòd ſi ephesi. in.§. j.ff.de eo quòd certo loco. & fortius, audeo dicere contra communiter ſcriben. ꝙ etiam data vera opi. Bar. in. q. tranſactionis. de qua ſup̄ quam ego ſupra comprobaui; tamen dico, quòd eſt impoſſibile, ꝙ idem dicamus in arbitramento propter tex. in.l.vnde ſi neruę. cum.l.ſe.ff.pro ſo. iuncta.l.lucī⁹.§. fi.ff.ad trebel. probatur in iſta vltima.l.quòd deceptio cōſiſtens in quadruplo in tranſactione non facit vt caſſetur trāſactio, & tamen in arbitramentis, ex lęſione ſextę partis ſecundū Bar. in. d.§. arbitrorū. ſic de quo hic Abba. fecit mentionē in.ij.oppo. Vel ſecundum aliā opinionem, ex læſione tertiæ partis reſcinditur tranſactio, vt nouiſſimè declaratur per do. Abba. melius quam alibi, in.c. quintaualis. ſup. de iureiur. xvj. col. ita declarando, & intelligēdo prædictam. l. vnde ſi neruę. ergo impoſſibile eſt conuenientiam de vno ad aliud; poſtquàm in tranſactione, damnum non dico. iij. vel iiij. partis, ſed quadruplici non fuit ſufficiens ad eam reſcindendum; tene menti, quia per hoc cōſtat Bal. melius dixiſſe in.d. l. ij. dum vocauit erroneam doctrinā Bar. quòd conſtat per ſupra dicta, & per ea quæ

ea, quæ firmatas ſunt poſt eundem Bar. ſupra in. v. limi. quæ magis obſtare non poſſet dictis proximè per Bar. & alios ſequaces. ¶ † Alia poſſet limitatio ad regulam, ſupra poſitã dari, quòd non habeat locum quotiens ſuper contractu appoſitum eſt iuramentum, quia tũc virtus iuramenti facit, ꝙ non habeat locũ remediũ. d. l. ij. ita firmat Pau. de Caſt. in eadem. l. iij. col. vij. conclu. poſt Archi. & Ioan. An. in. c. ij. de pac. lib. vj. ita firmat glo. noſtra in vlti. ſui parte; quę facit duas ſing. cõcluſiones. Prima, quòd maior iurans in contractu excluditur à beneficio. d. l. ij. Secunda, quòd minor iurans non contrauenire, excluditur vigore iuramẽti à beneficio ætatis, non autem à beneficio communi, quia poterit intentare remediũ. d. l. ij. videamus primam concluſionem de maiore, & deinde ſecundam de minore iurante. Circa primã concluſionem de maiore. Dico ꝙ eandem firmat glo. in. d. l. ij. & in corpore vnde ſumitur. authen. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. vendi. & doc. hic cõiter vt refert Imo. xij. col. pro opi. quorũ optimè facit, quia, ſicut iuramentum præſtitum à minore de non contraueniendo, ſimpliciter præiudicat ſibi in beneficio ætatis, vt patet in. d. authen. ſacramenta puberum, & voluit hic glo. & in. d. l. ij. Ita videtur, ꝙ ſi maior iurat nõ cõ-

36 trauenire ꝑiudicet † ſibi in beneficio, quòd ſibi competit ratione deceptionis vltra dimidiã cum eadem ratio videatur, & ꝑ conſequens idem ius. c. ij. de tran. prælat. & vulg. l. illud. ad. l. aquil. ff. tetigit ibi. But. Et facit, ꝙ not. in. l. ſi duo patroni. §. marcell⁹. & §. ſi qs iurauerit ff. de iureiuran. vbi traditur, ꝙ vbi qs iurat ſing. ſup facto de nõ cõtraueniendo videtur, ꝙ p tale iuramentũ excludatur omne remedium tendens ad contrauentionem, & ſic per hoc videtur, quòd dictum iuramentum excludat remedium. d. l. ij. ad ꝙ facit ꝙ not. do. Alex. cõſi. xxvij. in. j. vol. cõſi. Præterea, & ſecũdo ꝓ iſta parte adducitur, q̃a iuramentũ vbi ponitur habet vim ſpecialis diſpoſitionis, vt in. l. cũ pater. §. fili⁹ matrẽ. de. leg. ij. vbi etiam probatur, ꝙ habet naturã iſtã ſi nõ valet, ꝙ ago vt ago, valeat eo modo quo valere poteſt igitur in maiore cõuenięns eſt ꝙ excludatur ab illo remedio, vt diſpoſitio, valeat eo modo quo valere poteſt in iſto caſu ſpeciali poſtq̃ habet vim ſpecialis diſpoſitionis, & expreſſi cõſenſus, ſm̃ Bal. in. l. j. c. cõmo. Et vim certiorationis. c. ex reſcripto. de iureiurã. Barto. in l. ſciĩdum. de verbo. oblig. Alexan. in prædicto conſi. xxvij. quibus tamen

bus tamen non obſtanribus ſẽper credidi,& tenui contrariam opi.eſſe veriorem,quæ fuit Pla. gloſſato.in. d.l.ij. quòd maior iurans non excludatur à beneficio prçalleg.l.Pro fundamento allegatur. l. fi.§. idẽ quæſiit. ff.de cõdi.inde.vbi patet, quòd quando quis ex errore inducitur ad aliquem actum, licet pro mittat non contrauenire, non tamen propterea facit ſibi præiudicium: vt eſt ibi caſus ſingu. vnde ſi quis per ignorantiam ſoluit indebitum, & promittit nullam controuerſiam mouere, & ſic non contrauenire non prçiudicat ſibi quominus poſſit ſolutum repetere per condictionẽ indebiti. & eſt ratio ſecundũ Barto. ibi, quia eodem errore quò inducitur ad ſoluendum indebitum, videtur induci ad faciendam dictam promiſſionem. Facit quod not. Barto. in.l.qui romç.§. duo fratres.de verb.obli.ff.& quod idem in.d. .§.idem quæſijt. vbi voluit idẽ ſi renunciaret condictioni indebiti, & ſine cauſa, & omni alteri auxilio, quia non præiudicaret talis renunciatio per rationem prædictam; quod non affirmo: nec.Io. de Imo. placet hic. hoc vlrimum, quia renunciando condictioni indebiti, ſatis patet quòd cogitat de indebiti condictione, & ſic in ſpecie ſibi præiudicare debet, ſed renũciatione ſimplici quod prædictum eſt valde ſuſtentabile contra communem, licet Imo. hic. xij.col. velit facere differentiam promiſſionis, & iuramenti. vt ſic euadat tex. in. d.l.fi.§. idem quæſijt. quod tamen miminime placet poſtquam eſt eadem ratio promiſſionis,& iuramenti.xxij.q. v.c.iuramenti, & pro concluſione iſta contra cõmunem in ſimilibus terminis adduco Barto.Bal. & Ange.in. l. ſed & ſi .§. quæſitum.ff. ſi qs cautio.vbi volunt,quòd renunciatio caſuum fortuitorum cũ adiectione iuramenti non operatur in caſu incogitato, quia iuramentum non trahitur ad incogitata,vt probatur in.c.veniens.de iureiuran.& in.c.cum inter.P.de Renun. ſed iſte caſus noſter eſt huiuſmodi,quia concluſum eſt per omnes ſupra, ꝙ quando quis decipitur vltra dimidiã iuſti precij, dicitur ignorere precium rei ſuæ, & credere quòd tanti valoris eſt ſicut vendidit. igitur iuramentum non excedit illum caſum. Et ita in ſimilibus terminis proprie conſuluit Alex. conſi.xxvij. j. vol. vbi adducit doctrinam ſing.Io.
37 An. in.c.vno.de commo. † & ibi omnium cano. & Abb. ſi col.quòd renunciatio generalis caſuum cum iuramento non valet ex defectu conſenſus, quia non videtur, quòd ille ſenſit de

caſibus

caſibus non expreſſis, & dicunt, quòd iuramentum non obligat vltra cōſenſum, iurib⁹ ſuperius adductis; ſi nō obligat vltra cōſenſum, non video quare velint hic doc. quòd iuramentum dicatur in caſu noſtro afferre cōſenſum, poſtquā vt dixi omnes præſupponunt quòd ſine iuramento præſumitur ignorare, & non cogitare aliquo pacto de tanta deceptione, non enim video rationē diuerſitatis in iſtis caſibus. ergo neceſſario dicere debemus eandem eſſe iuris diſpoſitionē. Aut dicere, quòd iuramentum trahitur ad incogi tata, quod eſſet contra ſuperius dicta. non obſtant modo in cōtrarium ſuperius adducta, & primo inquantum dixi ex identitate rationis; ſicut minor iurans repellitur à beneficio ætatis, eodem modo, & eadem ratione maior à remedio .d.l.ij. quia reſpondeo primo, quòd non eſt ſimpliciter verū, qnòd ipſe minor perdat beneficium niſi fuerit certiorat⁹, vt pleriq; autoritatis voluerunt. vt videbitis in ſequētibus, cōſuluit enim Dy. quem ſequitur hic Io. An. quòd vt perdat beneficium etatis, eſt opus, quòd certioretur, minor enim præſumitur ignorare beneficium ſibi à.l.conceſſum.l.regula. in prin.ff.de iur. & fac.ign. & iuri, quod quis ignorat in dubio non præſumitur renunciare.l.mater.ff. de in offi.teſta. nec eſt præſumenda certioratio, quia eſſet præſumere ſolemnitatem extrinſecam contra.l. quæcunq; .§. fi. ff. de publi.&.l.eum.qui ff. de ꝓba. & iſta firmat hic in fi. do. Car. Si tamen volumus tenere contrarium, quòd renunciet beneficio ętatis minor inrans aliter nō certioratns, vt firmat Alex. iij.col.in.d.cōſi.xxvij. in.j. vo. poſt Ant. de But. & communiter omnes in.c. ex reſtricto. de iureiur. vbi.tex.ſecundum communem probat, quòd mulier quæ debuit aliàs certiorari de beneficio velleiani, ſi iurauit habetur perinde, ac ſi certiorata fuiſſet, quia vt ſupra dixi iuramentum habet vim certiorationis, tunc & eo caſu reſpōdet, & dico ꝙ nec iſtud obſtaret coclu ſioni ſupradictę, quia facilius tollitur ius ſpeciale, quàm tol-
38 latur ius commune † vulgata. l. eius militis.. §. ſi militia miſſus.ff.de mili. teſta.probat glo. noſtra communiter approbata poſtquam minor non excluditur à beneficio.l.ij. licet ꝓpter iuramentum excludatur à beneficio ętatis, vt ꝓbat.l.j. cū glo. C.ſi minor fac. ſm̄Pa.de Caſt.in d.l.ij.vbi.Bal.in fi. v. col. & eſt iſte ti.pe. in.v.li. C. & ſic vides quòd eſt diuerſa ratio pdere beneficiū ſpeciale, vel ꝑdere beneficiū.cōe & ita ſing. poſſit declarari.

clarari.c. ex reſcripto. de iureiuran.quod habet vim certiorationis iuramentum in benficijs ſpecialitus quę facili' tollūtur, ſecus in beneficijs cōpetentibus à iure cōmuni, ꝙ eſt nouum, & per hoc tollitur grandis mea dubitatio aliàs quia mihi videbātur iſta repugnantia, & contra-
39 ria, quòd † iuramentum non extendatur ad incogitata per. c. venien. vbi glo. cū.c.fi, &.c.qn tauallis. de iureiur.& tñ ꝓ .c.ex reſcripto. de iureiur. cōter dicitur, quod habet vim certiorationis; quę vt dixi, dicuntur cōtraria vt poſtea inueni Ange. de Are. ita dicentem.§. itē ſi. inſti. de excep. xxj.col.poſt Saly. in. l.fi.§. fi.ff.de exce. ꝓpter,quòd auſus fuit dicere dictū capitulū ex reſcripto. ꝓbarei, ad ꝙ cōmuniter allegatur. Ego vero nunc meliūs dico tibi, vt proximè dixi, quòd iuramentū habebit iſtam virtutē certiorationis in beneficijs ſpecialibus, vt ꝓbat authen. ſacramēta puberū. aliter non ſubaudiendo. & c. quamuis pactum. de pac.lib.vj. quæ adduxit Bar. in .l. ſciendū. de ver. ob.ff. & Abba. hoc fi. col. in prin. poſt Archi. in.d.c. ij. de pac. dicentes per iſta iura, ꝙ minor nō eſt certiorādus; ſecus autē qñ eſſēt ali ꝙ beneficiū cōe, ꝙ aliquis ignoraret ſibi de facto cōpetere, quia nullibi reperitur in iure, quòd iuramentum habeat vim iſti' certiorationis, quia eſſet cōtra capitulū qn tauallis, & alia iura ſuperius alleg. quòd teneas ꝑpetuo mēti, quia nouiſſime concepi iſtā diſtinctionē; fret'. arg. eorū, quę Pau. de Caſt. dixit in pe. col.in. d.l.ij.dū dixit, quòd iuramentū in minore tollit auxilium ætatis, quòd eſt debile; non autem auxilium.l.cōis quòd per. ſupra dicta; ſatis patet poſtq̄ facilius vnum ius, quàm aliud tollitur. præalleg.l.eius militis. facit .c. ſi clericus.§. verum. de pręben. lib.vj. facit quòd Imol.iiij. fol. ij col.dixit in.c.potuit.de loca. limitādo .l. fi.de pac.cōuen.C. vbi pacto partiū recedi videtur à iure ſpeciali,de quo ibiquo nō obſtāte ius cōmune firmū manet. Non ob.modo, ꝙ ſuperius dixi ꝙ iuramētū habet vim ſpecialis diſpoſitionis, quia dico, quòd debet intelligi in eo, ꝙ cōſentitur non autem in alijs. iud .§. filius matrē. facit. l. fin. C.de nō nu.pecu. ita do. Alex. dicto conſi.xxviij. fi. col. in .j. vol. & do.Franc. de Curte cōſil. 85. col. v. cum ergo in ꝓpoſito,in eo, quòd ignorat; ſcilicet læſionem non conſentit contrahens; ergo in eo non habebit vim ſpecialis diſpoſitionis. Non ob.quòd Imol. hic dixit.xiij.col.quòd iuramentū habet vires donec abſolutio fiat, quia licet iuramentum ſit per errorem

errorem præſtitum tamen obli-
gat ante abſolutionem ſic ſi per
mentum præſtitum fuiſſet .c.ſi
vero extra de iureiuran. ad quòd
dico cum ſupportatione, quòd
nulla eſt opus abſolutione iſto
caſu; quia vbi nõ eſt conſenſus,
iuramentũ non eſt obligatoriũ.
Ioan. An. in.c. vno de commo.
firmat Abb. in.c. cum contin-
gat. de iureiur. ij. col. iij. not. li
cet hic in fi. capituli noſtri aliter
ſenſeri. ꝓ quo multũ facit glo.
fi. & ꝙ ibi not. Anto. & Imol.
in.c. veniens. de iureiur. ſed ſi
diligenter conſideretur glo. illa
dum dicit, obtinebit relaxatio-
nem iuramenti, probat per illud
de relaxatione; iuramentum nõ
ligaſſe, & ſic non fuiſſe obli-
gatorium. ita voluit Ioan. An.
in eodem. c. veniens. ponendo
differentiã relaxationis, & ab-
ſolutionis, quòd commendat.
d. Fely. in. c. de teſti. cogen. fi.
colum. & pro iſta opi. videas
Abba. xiiij. col. in d.c. cum. cõ-
40 tingat. † vbi dicit, quòd in
enormi iactura non præſumi-
tur cõſenſus. & iſto caſu re ipſa
ad min⁹ ineſt dol⁹, & iura in iu-
ramentis ſemper excipiunt do-
lum, vt in. c. cũ contingat, & in.
c. ij. de pac. in. vj. vnde tenendũ
eſt, non eſſe obligatorium tale
iuramentũ licet ſec⁹ in pręſtito
per metũ diuerſa ratione; quia
ibi adeſt obligatio, quia coacta
voluntas, volũtas eſt. c. meritò.
xv. q. j. per quæ manet firma cõ
cluſio, quòd maior iurans non
venire cõtra cõtractũ vẽditionis
non excluditur à remedio. l. ij.
ſeu iſti⁹ capituli etiã abſolutio-
ne nõ obtẽta cõtra cõem; ſaluo
ẽt tñ cõi opi. vno ſingulari mo-
do, & erit declaratio ſing. meæ
cõcluſionis; videlicet, qñ ipſæ
ageret remedio. d. l. ij petẽdo rẽ
reſtitui, vel ꝑtiũ ſuppleri tali ca
ſu dico, ꝙ iſtæ periur⁹ iudicare-
tur eo ipſo, ꝙ alternatiuè ipſe
peteret, ſicut ſi ꝑciſſe peteret cõ-
tractum reſcindi. arg. tex. in. l.
quæ ſub cõditione. in. §. j. ff. de
cõdi. inſtit. quã allegat glo. in.
d. l. ij. C. de. reſcin. vendi. & ibi
Pau. de Caſt. iiij. col. no. decla-
ro. ſcis bñ, quòd iuramentũ ha-
bet illam naturã ſi nõ valeat, ꝙ
ago valet vt valere põt, dicto. §.
fili⁹ matrẽ. d. l. cũ pater. de leg.
ij cũ ergo iſte cõtrahens, & iu-
rans põt obſeruare cõtractum,
ſine eo, quòd reſcindatur cõtra-
ctus. ergo non obſeruando, vel
contrariũ petẽdo erit periurus,
poſtq̃ iuramentum poteſt ſerua-
ri ſecundũ intẽtionẽ ſuam, quæ
fuit vendere ꝓ iuſto pretio; pro
cedet ergo concluſio mea ꝓxi-
mè poſita, qñ iſtæ qui iurauit nõ
venire contrà contractũ, ageret
ſolum ad ſepplemẽtũ iuſti ꝑrij,
quo caſu excludi non põt virtu
te iuramenti, poſtq̃ non cogita-
uit tm̃ damnum; nec efficiatur
periurus, poſtquam vult ſerua-
re con-

re contractum eo modo quo ipſe poteſt, & intelligebat vendēs ſcilicet rem ꝓ iuſto prętio. Iia dicit Bal. valde ſing. in.l. quæ ſub conditione. prælleg. quod dixit in eternū menti tenendum.do.Fely. in fi. c. inter cętera.de excep. aliter nō declarando, nec guſtando.ſed eo modo quo vides declarando, & intelligendo, valde eſt ſin.hoc dictum.ideò tene menti, quia erit caſus ſing.inſolitus, in quo procedit libellus ſine alternatione; in i a materia petendo quòd eſt in facultate, taceo illud, ꝙ erat in obligatione, ſcilicet rem reſtitui, & hoc eſt ratione iuramenti, ſi tamen emptor vellet reſtituere rē poſſet, nec tūc qui iurauit efficietur periurus poſtquam ipſe nō venit contra contractum reſcindendo, nec eum petendo reſcindi, ꝙ nunquam exeat mentem tuam.

41 ¶ † Ex ſupradictis ſatis reſultat reſolutio ſecundę quæſtionis glo. noſtrę.in qua quæritur quid de minore iurante non cōtrauenire cōtractui emptionis, & venditionis, quia concludendum eſt glo.bene dicere ſcilicet minorem excluſum propter iuramētum a beneficio ętatis, nō autem à beneficio iuris cōmunis, licet Abba.circa iſtā. q. magnifaciens ſcribentium recitationem aliter ſentiat, ex cuius dictis talis elicitur. j. concluſio. Minor, vel maior iurans ſuper contractu, licet certioratus excluditur ab omni facultate contrauenienti.

42 ¶ † Secunda concluſio minor, vel maior, iurantes ſuper contractu enormiter tamen decepti obtenta abſolutione à iuramēto poſſunt cōtra contractum venire. circa iſtas concluſio. aliter non inſiſto poſtquam ſuperius dum de maiore locut⁹ ſum, cōcluſum fuit, quòd nullo modo excludatur à remedio.l.ij. prælleg. propter ignorantiā deceptionis, ad quā iura non ſe extendunt, vt ibi dixi: immo de beneficio ętatis nō abſurde idem dici poſſet niſi fuiſſet certioratus, tamen quia in hoc videtur communis opinio in contrarium, quòd non ſit opus certiorationis, ideò reſideo cū diſtinctione quam nouiſſime.ſupra dedi. Quòd licet iuramentum habeat vim certiorationis in beneficio ſpeciali, quod quis ignorat, non autem in beneficio communi, ꝙ quis iuſte ignoraret ratione læſionis ſibi factæ. pro ratione vide. ſupra proxime dicta. nec obſtat authen. ſacramenta puberum. C.ſi.aduerſus venditio, quam aliàs adducebam pro opinio. Petri de Bellapertica. & Saly. ibidē in eadē authē. & ſic ꝓ opinione Abb. hic pōderando tex. dum dixit talia iuramenta puberum inuiolabiliter obſeruādo,

ergo

ergo cum effectu, quia reſpondeo, quòd reſpectu ętatis procedet inuiolabiliter auten. ſecus reſpectu alterius remedij communis, Et ſi dicas cum quid vna via prohibetur non debet alia permitti, reſpondeo, quòd hic prohibetur attento modo. ſ. beneficio ętatis quo caſu non procedit. d. regula iuris. procedit enim quando quid prohibetur attento effectu, ita Dy. in eadem regula. & Abba. in. c. tuę. de procu. Vel ſecundo & melius reſpondeo, & dico, ꝙ inuiolabiliter eſt obſeruandum beneficium minoris, ſicut & maioris in eo in quo conſentitur. in eo, autem in quo non datur conſenſus, nec minor, nec maior obligatur. d. c. veniens. &. c. quintauallis. de iureiur. cũ ſi. ergo nec vnꝰ nec aliꝰ obligatur

43 tene mẽti. ❡ † Nota tñ ex ſecunda concluſione Abb. & ſemper teneas menti, quòd iuramẽtum appoſitum in contractu obligat perſonaliter ipſum iurantem, non autem firmat cõtractũ, vel ſi firmat tandiu durat quandiu iuramentum manet, poſtquam videmus, quòd habita abſolutione poteſt contra contractum venire: ita ſpecialiter in caſu. l. ij. de reſcin. vẽ. voluit Abb. in. c. cum cõtingat. de iureiur. vij. col. contrarium tamen dixerat idem Abb. in. c. j. de iureiur. in. vj. colum. poſt Ang. in conſi. ſuo. incipien. do. Chaterina. ꝙ immò talis contractus firmetur iuramento, & data abſolutione adhuc maneat firmus contractus. operaretur tamen abſolutio, quod agẽdo periurus non efficeretur. vnde vides magnam contarietatem in Abb. ſed tamen tenendum eſt eius dictum in. d. c. cum contingat, quia vltimo, & melius examinatum vbi fecit mentionem de dicto Ang. & ibi reprehendit eum. Et quòd ideò firmetur contractus iuramen-

44 to. † adduco glo. quæ non ſolet allegari in. c. cum non deceat. de elec. lib. vj. ver. effectus ibi tolle inſtantiam de. c. cum contingat. ſed quòd iuramentũ firmet cõtractum, tenuit Frãc. & Anch. & Do. in. c. licet mulieres. de iureiur. in. vj. propter tex. ibi. & Bar. & Ang. in. l. ſi quis per eo. ff. de fideiuſ. & per Corn. in repeti. authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. & per Imo. in. c. cum cũtingat. præalleg. & per Feli. iij. fol. iij. col. in. c. j. de iureiur. ex quorum dictis ſatis colligi poteſt, quòd licet dicamus contractum firmari iuramento, data tamen abſolutione à iuramẽto reſoluitur contractus qui ſolum pendebat, ſeu firmabatur virtute iuramenti. aliàs abſolutio videretur nullius momenti,

45 quòd tene menti. ❡ † Expeditus de

ditus de dictis per Abba. in iſto. c. & eius limitationibus pro cõplemento materiæ condeſcendo ad aliàs limitationes per ſcribentes hic, vel alibi datas, & ſit nona in ordine; quia, concluſio regulæ; in princ. poſitæ non habet locum, in adiudicatione in ſolutum facta creditori per Iudicem quæ adiudicatio habet vim tranſactionis. l. à diuo pio. §. ſi pignora. ff. de re. iud. & ita voluit Bal. in. l. ordo. C. de execu. rei iudi. contrarium voluit Old. conſi. xxxvij. vbi voluit, quòd talis adiudicatio habeat vim venditionis, & in ea habet locum. d. l. ij. C. de euic. & ita voluit Ioan. An. in tit. de iudi. in. §. ſequitur in ad di. incip. ſequitur. in. fi. dicas pro concordia ſecundum Alex. in. d. l. ſi quis cum aliter, in pe. col. quòd aut loquimur in adiudicatione iudiciali. & procedit doc. Bal. quia cum illa tranſiuerit in rem iudicatam, non videtur audiendus cupiens illam reſcindi, c. quòd ad conſultationem. de re. iudi. l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſ. Alia vera opinio procedat in extraiudiciali adiudicatione quæ cum nõ tranſeat in rem iudicatam. c. cõcertationis. de app. lib. vj. poterit reſcindi, & ita procedat prædicta. l. ij.

46 ¶ † Decimo limita regulã nõ procedere quando venditio facta eſt minus dimidia iuſti pretij, cum hoc, quod ſi pretium conuentum non ſolueretur in paſchate, ſuppleretur iuſtum pretium. tunc enim non haberent locum remedia. ſupra dicta. ita voluit Bal. in domi. ꝓpr. priue. ĩ vſi. feu. ita do. Alex. ĩ. c. qualicta. l. ſi quis cũ aliter.

47 ¶ † Vndecimo limita regulam procedere in ſing. dicto Bar. in. l. Imperator. §. ſi centum. de leg. ij. vbi per illum tex. dicit, quòd grauatus á teſtatore de vẽdendo fundum Sempronio certo pretio, non habet remediũ, de quo ſupra. ita Imo. in ea. l. imperator. & do. Alexan. in. d. l. ſi quis cum aliter, & do. And. in rub. de reb. eccle. xxij. fol. in fi. pro quo allegat ipſe tex. in. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. de leg. j. licet dubitauerit idem ibi in antepeñ. fol. in prin.

48 ¶ † Duodecimo limito regulam non procedere in primo capite, in muliere deceptain æſtimatione rei dotalis; etiã ſi infra dimidiam ſit decepta, quia dotis fauore ei ſuccuritur. tex. eſt in. l. iure ſuccurſum. §. fi. & in. l. ſi res. in. §. j. & ibi not. per glo. ff. de iure do. quòd dixit menti tenendum Imo. ſupra in. c. cum dilecti. in. vj. col.

49 ¶ † Decimotertio limito regulam ſupradictam in primo capite, non procedere in deceptione conſiſtente in vitiis rerum,

rerum, quia in eis non eſt tolleranda læſio, vel deceptio niſi minima. vt in. l. j. ff. de ędil. ędic. §. proinde. & ff. loca. §. j. ſed adeſt in. §. j. ff. de act. emp. l. iulianus. §. qui tamen, vbi videbis glo. magnam quæ hoc vult. quam not. Bal. in. ij. q. in. d. l. ij. in. iiij. col. & Ioan. de Ana. multum. vj. col. in. c. in ciuitate. de vſu. quòd bene not. quia ſi res vendita contineat aliquod vitium latens non toleratur læſio, licet intra dimidiam iuſti precij. procedit ergo regula in deceptione conſiſtente in precijs rerum vt in iuribus
50 in regula allegatis. ❡ † Decimoquarto limito regulam non procedere in ſuo primo capite in deceptione conſiſtente. in quantitate rei, quia quamuis citra dimidiam quantitatis ſuccurritur læſo, quia poteſt agere ad ſupplementum iure communi iſte eſt tex. & ibi do. Abba. pe. col. multum not. in. c. per tuas. de dona. quòd ſecus eſſet, ſi deceptus eſſet citra dimidiam iuſti precij, quia ſcis quod tūc per regulam non daretur remedium aliquod, & poteſt eſſe diuerſitatis ratio, quia deceptio in quantitate, rei non eſt ita perceptibilis ſicut deceptio in valore vnde non immerito ſi dolus re; ipſa, vel ex propoſito adhibitus, in primo caſu plus operetur, quam in ſecundo. ita Abba. in dicto. c. per tuas, & vt intelligas pono exemplum. vēdo tibi fundum, in quo dixi eſſe decem iugera, ſi ſunt duodecim erunt etiam vendita, & ſupplebitur pretium in illis duobus iugeribus, quòd tu ſing. intelligas, quando pro quolibet iugere ſtatutum erat certum pretium ſecus ſi fuiſſet ſimpliciter ager venditus totus pro certo pretio non impoſito precio iugeribus, quia tunc emptor non teneretur pretiū ſupplere. ita voluit Pau. de Caſt. in. l. ſi ſeruo. §. j. ff. de actio. empt. dicendo, hoc eſſe quotidianum, & pluries ſe vidiſſe dubitare. quòd extollit Fely. in peñ. col. in. c. ſignificante. de reſcrip. Abba. vero in. d. c. per tuas. poſt Old. conſi. xxxij. aliter videtur concludere, non faciēdo vim an pretium fuerit, ſtatutum, vel non ſed ſolum, an iugera terræ fuerint appoſita taxatiuè, vel demonſtratiuè, primo caſu, procedit diſpoſitio tex. in. d. c. per tuas ſecundo vero caſu non procederet. capias exemplum taxationis. vendo tibi talem fundum qui eſt trium, vel quatuor modiorum, tunc iſto vltimo caſu, quia numerus fuerit appoſitus demonſtratiuè, licet plus ibi eſſet, cedit lucro ipſius emptoris, poſtquam falſa demonſtratio non vitiat vulgata. l. falſa. ff.

ſa. ff. de condi. & demon. Facit tex. in.l. ſi venditor.in prin.ff. de actio. empt. & glo. in. l. pe. in .§. fi.ff. eo.tit. & quod Old. conſi. 197. & ſic videas quòd Old. & Abb. non faciunt vim in pretio ſed ſolum vt dixi, an taxatiuè, vel demonſtratiuè res fuerit poſita, & iſtorum dictum credo verius, quicquid Pau. de Caſt. cum ſuppor. dixerit, quia ſi taxatiue fuerit numerus poſitus, licet de pretio pro vno quoq; iugere dictum non fuerit, agetur tamen ad ſupplementum iudicio meo, ꝓbat hoc tex. in.d.c. per tuas, vbi de pretio nihil fuit dictum, & tamen fuit actum ad ſupplementum, quia taxatiuè numerus poſitus. Facit tex. in l. quidam teſtamento.in prin.ff. de leg. j. allegatus per Oldra. conſi. 197. de quo Fely. fecit mentionem in.d. c. ſignificante.in pe. col. de quo etiam vide Alex. conſi. 127. in prin. in. ij. vol. ꝓcederet forte determinatio Pau.de Caſt. in iugeribus, vel modijs terrę demonſtratiuè poſitis quando pro vno quoq; tertij quid erat ſtatutum, quia tunc obligaretur ſupplere pretium, quod eſſet ſingulare aliàs non declaratum, & eſſet valde conſonum rationi, ad limitationem eorum, quæ dixit do.Abb. poſt Old. in. d.c. per tuas.dum de iugeribus poſitis demonſtratiuè loquuntur.

51 ¶ † Not. tamen, & ſemper teneas menti quòd incidenter ex. ſup. dictis exemplis colligitur, quando quid dicatur taxatiuè, vel demõſtratiuè poſitum, quia taxatium dicitur, quod vnica oratione complectitur, demõſtratiuum, quod diuerſis. Ita iſto anno tibi dixi poſt d. Card. j.col.in.c.ij.de ꝓca.ita dixit ſingu.Pau.de.Caſt.cõſi.li.iiij.col. ꝙ ſing.not.Fel.in.vj. col.in.c. ad audiẽtiã.de reſcrip. ꝓ iſtis ꝗ ſoluũt pẽſiones de fructibus beneficiorũ ſi nõ ꝑcipiunt aliquo anno fruct⁹, an ſint obligati ad ſolutionẽ, & concludit, quòd non, ſi beneficium ſit taxatiuè poſitum, ſecus ſi demõſtratiuè quod bene not. quia quotidie poſſet accidere, & habebis honorem.

52 ¶ † Decimoquinto limito regulam ſing. reſpectu primi capitis, quia non procederet in infirmo vendente medico aliquam rem minus debito, quia datur ſibi officium iudicis ad reſcindendum dictam venditionem factam durante infirmitate, tex. eſt valde notandus in.l.ſi medicus.ff. de var.& extraor.cogni.quaſi videatur hoc feciſſe propter ſanitatem recuperandam, & timore vitę perdendæ, & per conſequens illud non videtur dari ex aliqua liberalitate, licet regulariter contra dicatur in deceptione citra dimidiam, vt ſuperi⁹ iſto.c. dixi : iſtã

 limita-

limitationem ponit ſing. do. Abb. poſt Inno. in. c. pleriq; de immuni. eccle. pe. col. & eſt ſecundum exemplum ad limitationem quam dedi. ſup. in. c. cū lecti. in. ij. no. in primo ex quatuor caſibus principalibus dum dixi quòd non, procedebat regula in eo qui exactus do
53 nabat. ❡ † Decimoſexto limito prædictam regulam in. d. l. capite, & generaliter dico nō procedere in perſonis in quib' exceſſus pretij non liberalitati donationis, ſed potius facilitati ſuæ attribueretur quo caſu citra dimidiam locus eſt remedio dictis perſonis, niſi certificatæ fuiſſent de beneficio. d. l. ij. ex quo infertur ad ruſticumm, inopem, & mulierem, quia iſti haberent remedium non obſtante. d. l. ij. ita Bal. in ea. l. ij. in. v. col. in. iiij. q. circa quæ vide quæ dixi. ſup. in. c. cum dile. in. ij. no. dic. vt ibi, & addere potes quod ibi dico de prodigo,
54 ❡ Decimoſeptimo declaro regulam. ſup. dictam in ſecundo capite non habere locū in quaſi contractu qui perficitur conſenſu vnius tantum, vt in quaſi contractu aditionis hæreditatis qui perficitur volontate hæredis tantum adeuntis. inſti. de hære. qua. & diffe. §. fi. tali enim caſu non eſſet locus remedio iſtorum iurium quæ ſolum habent locum in actu qui perficitur conſenſu duorum. ita dixit hic Pet. de Ancha. quem circa fi. ſequitur Imo. quod eſt verbū
55 notandum. ❡ † Decimo octauo dico regulam ſupra dictam non militare, nec procedere in eo, qui conſentit alteri vendenti rem ſuam licet precium participauerit, quia iſte talis conſentiens non poteſt agere remedio iſtorum iurium, quia ſolus venditor eſt qui habet dictum remedium, non autem ille qui idem conſentit. arg. tex. not. in. l. ſi pater. ff. de manumiſ. vindi. & . l. aliud eſt vendere. ff. de reg. iur. iſtam firmat Bal. in.
56 d. l. ij. in. xx. quæſti. ❡ † Decimonono dico dictam regulā non procedere quando venditor tandiu abſtinuit agere donec cura, & ſolicitudine emptorum res eſt longe melior effecta, licet præſcripta non ſit, niſi offerat ipſe venditor ſumptus, & pretium operarum. vt. ff. de mino. in. l. intra vtile. in. §. pendentibus. qui eſt tex. ſing. ſecundum Bal. qui ita dixit in. d. l. ij.
57 in. xij. q. ❡ † Vigeſimo dico dictam regulam non procedere. xxx. annis elapſis, quia obſtante præſcriptione excluderetur agens prædictis remedijs. vnde ſiue propter iura de quib' in regula dicamus competere officium iudicis, ſiue conditionem ex. l. ſiue actionē ex eodē contractu poterit ſolum agere

deceptus vſq; ad. xxx. annos. quia tantum durat iſtorum remediorũ vita ſm̃ ius ciuile. ita dixit do. Abb. in. c. noſtro. in penul.col.poſt gl.fi.ex quo ipſe ſing.infert referrẽdo gl.ad tex. ꝙ licet regulariter contra eccleſiã nõ currat pſcri.niſi.40. ann. c.de quarta. de præſcrip. tamen in iſtis actionibus perſonalibus non dabitur tantum tempus; ſed finiunt vitam ſuam ſecundũ diſpoſitionẽ iuris ciuilis,à quo cum limitatione illa inuenta ſunt, & idẽ dicit de alijs actionibus,quarum aliqua clauditur ſemeſtri, vel anno, vel biennio vt in actione quanto minoris, vel redhibitoria, & in actiõe de dolo, & ſimilibus ptorijs actionibus; quæ dicit notanda do. Abb. ꝑ limitatione ferè totius tit. de præſcrip. quod exclamat Fely. fi. col. in. d. c. de quarta. quem omnino vide in fi. fina. col. dum dicit, quando autem actiones non habent à.l. ſpeciale, & appropriatum tempus ſed generaliter includuntur in præſcriptione. xxx. ann. tũc in reb⁹ eccleſiaſticis habẽt paſſiuè ſolã pſcriptionẽ. 40. anno. per authen.quas actiones. C.de ſacroſanc. eccle. quia repugnare videtur Abb. hic, & glo. noſtræ quę propterea dat tempus.xxx. an. qa actio perſonalis erat, & ipſe Fely.primo vt dixi magnifecerat dictum Abb. pro limitatione titu. de præſcrip. &. c. de quarta.eiuſdem titu. cogita.

58 † ¶ Vigeſimo primo nõ procedet regula ſupra poſita reſpectu primi capitis in adminiſtrationib⁹ minorum, vel eccleſiæ, vel aliarum perſonarum venditionis contractũ celebrantibus cum tales non habeant poteſtatem donandi, & ꝑ conſequens ceſſat ratio regulæ in primo capite, vt ſupra dixi, declarando primam limitationẽ in fi. poſt Bal. in.d.l.ij.in fi.xiiij. q.quod not. ſecundum Bal. ibi, pro tutoribus, curatoribus, procuratorib⁹,& cõmiſſarijs.hæc enim oĩa officia ſimilia ſunt, & de ſimilibus idem eſt iudicium: ita firmãt hic in fi. Ancha.& Imo.

59 ¶ † Vigeſimoſecundo non procedit regula ſupra poſita in permutatione beneficiorum, quia quamuis aliquis ipſorum deceptus fuerit in valore beneficij vltra dimidiam iuſti pretij, non haberet locum remedium iſtorum iurium; fuit ſolemnis doctrina Pet.de Ancha.hic,quẽ ſequitur Io. de Imol.circa.c.fi. ſuſtentatur iſta ſpecialitas duabus rationibus. Prima, quia titulus habetur à ſuperiore, & non à parte, ideò non immeritò ſi non habeat contra partem remediũ.ita dixerũt præalleg. ſ. Ancha. & Imo.Secunda eſt ratio domi. de Rota deciſione. 130. in antiquis, incip.Itẽ not.

vbi dicunt, ꝙ in ſpiritualib⁹, ſeu beneficialibus attenditur ſolus ꝓfectus animarũ, & non lucri cupiditas, & propterea dicunt, ꝙ non vitiatur permutatio, nec præſumitur fraudulosa, licet vnum beneficium ſit maioris valoris altero, & licet iſtę rationes videantur prima facie vrgẽtes, nihilomin⁹ iudicio meo non concludunt. præſupponit enim primò, quòd titulus habetur à ſuperiore, ideò non eſt locus remedio, &c. Negari tamen non poteſt licet tit. habeatur á ſuperiore, quòd requiratur pratium conſenſus, & earũdem renunci. beneficiorũ, q̃bus præcedentibus ſuperiorum alteri titulũ dare non poteſt quẽ permutare volenti. cle. j. de renun. & in. c. j. eo. ti. lib. vj. quo habito præſuppoſito, nõ video in quo differat vẽditio facta rei eccleſię cum authoritate ſuperioris, & vendito facta rei minoris cum authoritate, & decreto p̄toris, in q̃bus cõſtat locũ eſſe remedio prædictorum iuriũ, vt patet in. c. noſtro. & in. c. cũ dilecti. Si velis modo dicere in dictis caſibus cõſenſus adeſt tẽpore ſolutionis cõtractus, in caſu autem collationis beneficiorum cõſenſus ſolũ affuit tẽpore renunciationis, non autem tẽpore collationis beneficiorũ; dicam primo, ꝙ per hoc cõſenſus adſit ante vel poſt nõ refert aliq̃ rationẽ diuerſitatis, maximè q̃a negari nõ põt ſemꝑ adeſſe cõſenſum ipſorũ ꝑmutãtiũ, poſtq̃, vt dixi, alijs q̃ ipſis ꝑmutare volentibus ipſis inuitis cõferi nõ poſſunt beneficia ex cauſa ꝑmutationis renunciata ſecundo. & fortius pro iſta parte, quã puto ſuſtẽtabilem, adduco quod diximus. ſup. circa fi. glo. dũ dixi debili⁹ eſſe ius minoris iurãtis in cõtractu, volentis poſtea petere reſtitutionẽ ratione minoris ętatis; q̃ ſit remediũ iſtorũ iuriũ, poſtq̃ talẽ remediũ cõpetit
60 de iure cõi. † Ad propoſitũ mo mo videm⁹, ꝙ minor renũcians beneficio ſuo lęſus grauiter petens ꝑſonæ beneficio reſtitutionẽ, quia læſus ex renũciatione eã obtinet etiã ſi alteri ſit collatum, ita voluit Vincen. in. c. ex literis, & in. c. cõſtitut⁹. de in integ. reſt. quẽ ſeq̃tur Archi. in. c. certũ. xvj. q. vj. & ſatis hoc ſentit do. Car. in. c. ex parte. de reſtitu. ſpoliato. in ratione ſui ſequẽdo ibi, glo. quæ vult, ꝙ ſi beneficiũ eſt alteri collatũ nõ põt reſtitutio cõpetere niſi à principio, primo ratione dicit poſtq̃ non eſt q̃d imputetur cui facta fuit colla. ergo ſi eſſet q̃d ſibi imputaretur, vt puta, q̃a fuiſſet ꝑticeps deceptionis, poſſet minor vigore reſtitutionis, & minorũ ętatis à quocunq; iuuari; ergo multo fortius decept⁹ vltra dimidiã fructuũ, ſeu valoris beneficiorũ

poſſet agere remedio iſtorum iurium cum ſit fortius quàm, ꝙ habet minor ratione minoris ætatis, nullibi enim cautum videtur, quòd in iſtis ſpiritualibus nõ ſubueniatur deceptis immò forti⁹ in ipſis quàm in alijs ſubueniendum eſſet deceptis, quia eccleſia non debet fraudes tolerare in iſtis contractibus, arg. c. cum vniuerſorum, de rerum permu, & c. per tuas. de dona. Ita firmat Abb. vj. col. in. d. c. ex parte. de reſtit. ſpol. in minore tantum loquendo, ſed rationes eius bene concludunt etiam in maiore, qui deceptus fuiſſet, & certe tex. in. d. c. cum vniuerſorum. in ratione ſua ſi conſideretur aperte probat iſtã concluſionem, dum dicit poſtquam ibi refert dolum, & fraudem ex parte vnius ex permutantibus beneficia ſua interueniſſe. cum igitur deceptis, & non decipientibus iura ſubueniant, &c. propter quam rationem ibi tertius beneficio renũciato ſibi collato priuatur quẽ non conſtabat fraudem participaſſe, multo ergo forti⁹ ille priuabitur qui fraudem fecerit dicendo, & affirmando, quòd ſuum beneficium erat valoris. 200. aureorum quòd tamen in veritate non erat quinquaginta. nec obſtat ſecunda ratio dominorum de Rota, quia iudicio meo ſalua ſemper eorum reuerentia dicunt contrarium. c. quæſitum de rerum permuta. vbi ex expedientia perſonarum fit etiam permutatio, & non ſolum ex profectu animarum, ita ibi Abba. in. j. col. & idẽ. vj. col. in. d. c. ex parte. M. de reſti. ſpol. contra Hoſt. ibi in ſimili, & facit tex. in. c. cum vniuerſorum. prælleg. vbi vtilitatem vtriuſq; imminere, & contra illationem quam faciũt prædicti do. de Rota. Fely. facit. tex. in. c. quæ veriſimile. de præ-

61 ſumptio. in. ij. col. ¶ † Vigeſimotertio dico regulam. ſupra poſitam procedere in deceptione conſiſtente in induſtria negatiua, ſecus ſi fuerit induſtria deceptiua, hoc eſt doloſa, quia ſuccurritur etiam citra dimidiã iuxta no. in. l. elegãter. in prin. & in. §. j. ff. de dolo videas Bal. multum ſing. declarantem iſtã induſtriã deceptam in prælleg. l. ij. de reſcin. vendi. in. iij. op-

62 poſi. ¶ † Vigeſimoquarto dico dictam regulam non procedere quando tempore contractus res vendita tantum communiter reputaretur valere, licet ex poſtfacto habita fuerit notitia alicuius ſeruitutis debitę dictæ rei propter quam res plus valet, quia iſtud non eſt attendendum, quia non videtur habitus reſpectus ad quod non apparebat tempore contractus. arg. notatorũ in. l. rutilia pola.

ff. de

ff. de contrahen. empt. ſicut nec habetur conſideratio theſauri poſtea inuenti, ita dixit hic valde ſing. Pet. de Ancha. quem ſequitur Io. de Imo. in fi. iſtius. c. allegant Bal. in .d. l. ij. communiter tamen in lectura quæ modo habetur non reperitur ſecundum eos, quod teneas perpetuo menti pro ſing. limitatione eorum quæ diximus. ſup. in. xiij. limitatione ſeruata natura cõtrariorum in quibus eſt eadem diſciplina iuribus vulgaribus. Et iſtam limitationem admitterem in deceptione citra dimidiam, & ſic reſpectu primi capitis, ſed ſi eſſet vltra dimidiã non video quomodo iure ſuſtentetur, poſtquam tali caſu re ipſa deceptio, & dolus æquiparantur. d. l. ſi quis cum aliter. de verb. ob. ff. igitur idem dicendũ iſto caſu; ſicut & not. fuiſſet ſeruitus. non obſtat, quòd de theſauro dixit, quia propterea domus, nec plus; nec minus valet vt conſtat, quòd ſecus eſt in ſer-
63 uitute cogitabis. ¶ † Vigeſimoquinto dic dictam regulam procedere, quãdo deceptio quę conſiſtit vltra dimidiam habet relationem ad tempus contractus, ſecus autem ſi referatur ad aliquod tempus ante, vel poſt cõtractum in quo res plus minuſuè valuit, quia tunc non diceretur deceptio, nec per conſequens remedium aliquod cõ-peteret probat tex. ſupra in. c. cum dilecti. in verſi. tunc, & ibi glo. ij. ad quam, & ibi ad per me dicta me remitto.

CAP. SI VENDITORI.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio, an ſit neceſſario facienda venditori in primordio iudicij. et nu. 3. & 6. Et quomodo debeat firei. nu. 4.*

2 *Poſtea dictio ſignificat interuallum temporis.*

5 *Denuncians mulieri ſe velle eam accuſare de adulterio licet aliud non dicat videtur dixiſſe mulieri ne nubat.*

7 *In facto notorio in quo nulla poteſt defenſio competere pceditur ſine citatione.*

8 *Emptor ſi non denunciauerit uẽditori nunquid onus pbãdi trsãferatur in ipſũ.*

9 *Iura ciuilia loquentia de euictione ſeruantur in foro eccleſiaſtico.*

10 *Fiſcus, an conſtituat ſuum debitorem in mora re ipſa*

 ſine

ſine interpellatione.

11 *Debitor dicitur eſſe in mora ſine interpellatione virtute iuramenti.*

12 *Argumentum de caſu feudali ad alium caſum non feudalem, an valeat.*

13 *Vēditor pōt meliꝰ rē vēdditā defēdere, quàm emptor.*

14 *Emptor poteſt vti iure venditoris.*

15 *Emptor, qui prorogauit iuriſdictionem non ſui iudicis ſi ſuperatus fuerit, nō aget de euictione cōtra vēditorē.*

16 *Vēditor clericus, an teneatur defendere rem venditam laico in foro ſeculari. & nu. 20. Et an admittatur vt neceſſarius defenſor. nu. 18.*

17 *Clericus vocatus teſtis corā iudice ſeculari in aliqua cauſa, poteſt puniri incidēter per ipſum iudicem ſecularem, ſi falſum teſtimonium dixerit.*

19 *Clericꝰ an gaudeat priuilegijs fiſci.*

21 *Clerici cauſa dicitur ſpiritualis propter clericum.*

22 *Donator, an teneatur de euictione, quando res data fuit euicta ab ipſo donatorio. Et quid in dante dotem. nu. 23.*

24 *Legatum, ſi fuerit euictum à legatario, an hæres teneatur de euictione ipſi legatario.*

25 *Euictio an debeatur in cōtractu permutationis. Et quid de contractu tranſactionis. nu. 26.*

27 *Contra venditorem regulariter agi non poteſt, niſi ſecuta euictione.*

28 *Vendere volenti rem aliquam, ſi quis malo animo mouerit quæſtionem, propter quam emptor ceſſauit ab emptione, ipſe vendens agere poterit ad intereſſe contra impedientem.*

Quod hoc intendit.

Euictare tenetur venditor de euictione niſi in caſibus hic expreſſis. Vel aliter ſic, ponit quatuor caſis, in quibus re euicta non tenetur venditor emptori de euictione,
1 & eſt Gregoriana. ¶ † Not. Abba.

Abba. primò, quòd denunciatio non eſt neceſſario fienda venditori in primordo iudicij; ſed ſatis, eſt quòd fiat poſt inſtitutum iudicium, & ſic poſt litem conteſt. de quo dicit latius infra cum glo. in qua certe nihil dicit not. tamen in ſe verum, & clarum eſt, quia nec immediate poſt inſtitutum iudicium obligatur denunciationem facere emptori,
2 † vt patet ex iſto tex. in dictione poſtea, quæ ſui natura ſignificat interuallum temporis, vt volunt Domi. in. c. j. de conſti. lib. vj. allego. glo. in. c. cum vintonienſis, de elec. ꝙ inducit ad teſtes dicentes talem poſſidere poſt talẽ, quia per hoc non ꝓbatur immediata poſſeſſio, & licet idẽ Domi. cõtrariũ dixerit. in. c. j. ij. co. de reſti. ſpo. lib. vj. arg. tex. ibi, eodẽ modo in cõtrariũ inducendo ad teſtes de quib' ſupra & ſic ſibi manifeſte contrarius. Et poſtea idem Domi. cõfuſe in. c. ij. de cõfeſ. lib. vj. & in. c. non ſolũ. & in. c. cum appellationibus. de appel. lib. vj. atteſtatur iſtã dictionem verificari poſſe & mediate, & immediate; nihilomin' tene, ꝙ primo dixi ſui natura, ſcilicet; verificari in interuallo, vt ꝓbat glo. not. inſti. de auto. tut. in. §. tutor. & eſt alia ſi. in. l. ſi qs ita ſubſcripſerit. ff. de manu. teſta. alia in. c. accuſatus. in. §. licet. de hæreti. lib. vj. melior in. l. cũ fundũ. ff. de vi, & vi arma. opti. glo. in. l. pacta conuenta, ff. de contrahen. emp. probat tex. coniuncta ſua glo. in. l. ab hoſtibus. in. §. ſed quòd ſimpliciter. ff. ex quibus cau. ma. & tex. in. l. ĩ bonefidei. C. de pact. melior in. l. illud. ad fi. ad. l. aquil. & videas etiam de natura iſtius dictionis poſtea, Fely. vj. col. in prin. in. c. licet cauſam. de proba. And. xxij. fo. pre. & . ij. col. in repe. rub. de reb. eccle. eundem notabiliter pre. &. ij. col. in. c. pe. & de fo. compe. & Alexan. in prin. xxvj. diſt. quæ omnes in iſtam conueniunt ſententiam, quòd ſui natura interuallum ſignificat, & ſic, quòd ſecundo loco Domini. dixit inferendo conſtat iure non ſubſiſtere, quæ teneas menti, quia alibi ante me non inuenies ita ſimul accumulata. Pulchrum erit modo videre iſtud interuallum reſpectu. c. noſtri. quantum ſe extendet, glo. j. hic tetigit. & vno verbo ſe abſoluit, dicit enim, quòd quolibet tempore poteſt fieri iſta denunciatio, dum tamen non nimis prope ſententiam, vt. ff. de euict. l. ſi rem. §. quolibet. per quod non conſtat ad hoc de certa doctrina, quia petetur ſtatim, quando dicetur quis nimis prope ſententiam eſſe; ideò dicas concluſiuè, ꝙ iſta denunci-

nũci quo actio debet fieri tẽpore, ius vẽditoris ſit ſaluũ videlicet, quòd ipſe poſſit facere defenſiones ſuas. vt.l.ſi rem.§.fi. vbi glo. & Bar. ff. de ęui.& pl' vult, ibi, glo.quòd poterit fieri dicta denũcia. in cauſa appel. dum modo vt dixi iura ſint ſalua venditori; quam Imò hic.iij. col.& And.vj.cõmẽdãt, Nec obſtat. l.qui concubinam.§.ſi hęres.ff. de lega.iij. qui vult denunciationem faciendam antequam iudicium accipiat, quia doct. intelligunt ſecundũ glo. ibi, quæ exponit iudicium pro ſententia: vel ſecundo quòd intelligatur ille tex. in ęuictione quæ debetur ex cauſa lucratiua tex. autem noſter, in cauſa onerosa.quaſi non ſit par ratio amittere debita, vel lucra non capere; vuigata.l.fi.C. de cõdil. ita Bar.in dicto.§.ſi hæres. poſt Dy. ibi, ita Car. hic,& alij ſcriben.& not.quòd debet fieri denunci.iſto modo ſecũdum doc. denuncio tibi per titium mihi talem litem fuiſſe motam ſuper tali fundo,quem vẽdidiſti,quare non venias ad defendendum me,& dictam cauſam in iudicio & ad ſuſcipiendam in te litem prædictam; Aliàs autẽ, niſi modo prædicto renuncietur non haberet regreſſum de euictione contra venditorem. vt no. Bar. in.l.j. C. de peric. & commo. rei vend. & in.l.non ſolum. & ibi, doct.ff.de no. opi. nun. & licet iſta denunciatione ipſum venditorem plenarie inſtruere de dicta lite, quod ſit mittendo copiam libelli actoris in denunciatione, ita dixit Bar. Bal. & Saly. in.l. empti. C. de euictio. licet Roma. contra voluerit in. d.l. non ſolum.§. morte, quòd immò non requiratur libelli traditio,propter glo. fi. in cle. cauſam.de elect. in fi.dum dixit tutum eſſe, quòd in denunciatione iſta ſeruetur practica illi' cle.cõtra quã Roma. do. Alex. in.d.§. morte. in pe. col. pro opinione Bar. ponderat tex. in dicta cle.cauſam. iungẽdo principium cũ fi. quicquid glo. ibi, ſenſerit,dum dixit tutũ eſſe,&c. quia immo neceſſarium eſt ſecundum prædictos, & procedunt prædicta, quando denunciatur venditori viuo; ſi autem eo mortuo pluribus hæredibus denunciandum eſt, dic quòd vnicuiq; hæredum inſolidum denunciandum eſt, vt in. l. in executione. in.§. inſolidum. ff. de ver. obl. nec ſufficeret,quòd quiſq; hęredum defendat partem ſuam niſi omnes ſimul defendant, quia vno non defendente contra omnes pœna appoſita committeretur. vt in. l. cum ex cauſa.& ibi,glo.& doc. ff.de ver. obli. niſi aliquis præſens ꝑ abſente ſuciperet defenſionem.l.pe.ff.ſi ex noxa.cauſa

aga

aga. ita. d. Bar. & alij ſequuntur in. d. l. cum ex cauſa. & in. l. iiij. §. fi. ff. de ver. obli. & Ang. de are. multum not. in. §. fi. inſtit. de emp. & vendi. melius per eundem in. §. actionum. inſti. de actio. xiiij. col. aliquid in. §. pe. inſtit. ma. & in. d. §. actionum. inſtruit quid agendũ quando pupillus eſt venditor; vel ſucceſſor venditoris, quia ſi tutor eius non apparet poterit fieri ſibi denunci. ad effectum tantum vt ipſe pupillus teneatur de euictione, per tex. not. & ibi glo. & doct. in. l. ſi dictum. ff. de euict. & not. doct. in. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. quid autem, quando debitor eſt abſens, ita quòd non reperitur & ſine dolo dicas, quòd denunci. fieri debet domui, & familiæ, vel procuratori ſuo, ſi habet, Ang. de Are. in. d. §. actionum, vel fideiuſſori præſenti glo. eſt ſingu. in. c. noſtro. quã hic do. Andr. vj. exclamauit. facit quòd infra dicetur. in. vj. limitatione, & omnibus iſtis deficientibus ſaltem amicis vẽditoris denunci. fieri debet, vt emptor de euictione agere poſſit, ita Ang. in præalle. §. actionum, vbi, allegat glo. valde not. in. l. aut qui aliter. §. ſi fortè. ff. quòd vi, aut clam, & fortè iſta obſeruetur in caſu. ſupra proxi. dum de pupillo dixi, ſaltem quandò non eſſet doli capax; eadem ratione, qua in caſu noſtro, quia pupillus talis ſimilis eſt abſenti. tex. eſt in. l. ſi pupillus. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. ea. dicit enim ibi, tex. pupillum ſine tutore loco abſentis haberi, facit etiam tex. in. l. ij. circa fi. ff. de iure codicil. iuncto. §. pupillus. inſtit. de inutil. ſtipul. vbi, furioſus, & abſens, & pupillus non doli capax æquiparantur, tene menti, & cogita. Item, vnum dixit menti tenendum Angel. in prę alleg. §. actionum. ꝙ ſi res vendita tranſiuit ad plures manus propter plures venditiones, & vltimo emptori, & poſſeſſori mouetur. quæſtio, vt in. l. j. cũ materia. C. vbi, in rem act. quòd ad hoc vt primus venditor teneatur de euictione, non ſolum vltimus emptor tenetur denunciare ſuo venditori immediato, ſed etiam opꝰ eſt vt eius author ſuo authori denunciet, vſque in infinitum, quouſque ad primũ venditorem deueniatur, aliàs autem ille venditor cui non eſſet denunciatum non teneretur licet alijs fuiſſet denunciatum ita dixit glo. ſing. in. l. ſi pro re pupilli. §. 1. in glo. in verbo agere. ff. de euict. quam tene perpetuo menti, quia ſing. eſt.

3 † Item, not. pro declaratione & extenſione ſupra dictorum, quòd iſta denunci. debet fieri venditori, vel his quibus, ſupra etiam

etiam ſi notorium ſit ius euincẽtis. vt eſt glo. ſing. in. l. emptorẽ. in prin. ff. de actio emp. quem ibi ſequitur Bal. vt refert Alexan. in. l. ij. in pe. col. ſo. ma. & Ang. magnificat in. §. fi. inſti. de emptio. & ven. fi. col. in quo multum dubito atteſtante ratione limitationum iſti⁹ tex. & eorum quæ Abb. declarando dictas limitationes. j. col. vlti. not. facit quod infra clarius in præ. limitatione, & facit ꝙ infra ſequen. notabi. dico. Item not. vnum aliud circa iſtã materiam, quòd donec venditor veniat ad defenſam, neceſſe eſt quòd ipſe venditor conducat procuratores defenſores, & aduocatos pro defendendo, & nõ quemlibet; ſed bonum, aliàs ſi iſta non faceret de euictione regreſſum non haberet. ita dixit glo. ſingu. in. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ędil. edi. quòd non eſt propter aliud, niſi, quia imputatur negligentia emptoris, potius quam iniuſtitia ipſius venditoris, per quod ſatis demonſtratur, quòd proximè dixi atteſtante ratione, quod quando conſtaret notorium eſſe ius euincentis, quod non eſſet opus iſta denunciatione, de quo videas hic And. iiij. col. & dicã aliquod infra not. poſt Imol. hic. & not. bene, quòd quando emptori mouetur lis. eo ſe legitimè defendere

taliter, quòd quando nihil eſt, ꝙ ſibi imputetur, repetit ſumptus, quos facit ab ipſo venditore, ſi non poteſt eos recuperare ab illo, qui contra eũ egit, quãuis clariſſimum ſit venditorem vendidiſſe rẽ propriam. vt. l. venditores, & ibi, glo. Bar. & alij. ff. de verb. obli. ita Ange. de Are. fi. col. in. §. fi. inſti. de empt. & ven. & ita intelligas quæ hic. in. fi. do. Abba. circa hoc dixit, circa, quòd melius videas quę immo hic ante pe. col. dum quærit an, & quando mota. q. contra emptorem poſſit agere ad expenſas, poſt glo. in. l.
4 j. C. de euic. ¶ † Not. ſecundo Abba. ex iſto. c. illud. quòd debet emptor denunciare venditori, quia non ſufficit ſimpliciter ſibi intimare litem inceptã contra eum; ſed debet dicere vt veniat ad eum defendendum. iſtam cõcluſionem firmat Bar. in. l. denunciaſſe. ff. de adul. & Bar. & alij. in. l. non ſolum. in. §. morte. ff. de noui. ope. nun. & Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de emp. & ven. in fi. poſt Spec. ibi, facit glo. in cle. cauſam. de elec. circa fi. ex dictis in iſto not. infertur, quòd licet ipſe venditor ſciat litem eſſe motam, nihilominus adhuc emptor debet dictam denunciationem facere, ſi vult contra venditorem de euictione agere, quòd volue-
tunt

runt ſupradicti omnes poſtquam non ſolum denunciare, ſed etiam requirere tenetur. & ita firmat hic Abba. ij. colum. in medio.glo. tamen in. l. emptor. C. de. euictio. firmat contra. opi. quòd immo ſi venditor ſciuerit litem motam emptori, emptor non debeat ſibi aliter denunciare, quia iſto caſu cum ſolum requiratur denunciatio ad finem certioraionis ſatis eſt, quòd ipſe ſciat. qui enim certus eſt certiorari non debet, vt in reg. eum qui. de reg. iur. lib. vj. & ſic videtur, quòd ſola denuncia. in hoc requiratur, nec cogitur dicere, quòd veniat ad eum defendendum. & iſtam opi. ſequitur hic Ioan. de Imol. in. ij. col. poſt Pau. de Leaza. hic. & idem Imol. in. d. §. morte. & in. c. cum. M. fer. de conſti. & do. And. hic fundamenta. j. partis quæ eſt communis ſecundum Felv. vj. fol. iij. col. in. c. cum. M. fer. & ſecundũ Alexã. in. l. 2. ſolu. ma. in. pe. col. & Car. in ij. col. eſt de tex. noſtro inducendo vt per Abba. fuit inductus. facit tex. in ſimili. in. l. ſi rem quam. §. fi. ff. de euic. & in. l. ſi parentes. & . l. ſucceſſiones. C. eo. in quibus omnibus. ll. idem probatur, quòd in. c. noſtro. pro alia tamen parte allegatur tex. in. l. ſi cum quæſtio. C. de. euic. & in regula eum qui. de reg. iur. in. vj. cum. l. j. C. de actib. emp. aperte enim d. l. ſi cum quæſtio. vult. ſatis eſſe, quòd emptor denunciet venditori litem ſolum m otam ſine alia denunciatione, & ſic videtur, quòd fiat denunciatio ſolum vt ſciat propter quod procedit diſpoſitio. d. regulæ eum qui. & quòd ibi, Dy. nec ob. l. denunciaſſe. ff. de adul. ex qua etiam docto. alterius concluſionis fundant in ſimili; dum ibi, probatur non obſtante ſcientia litis motæ contra adulterum, fuit opus intimare mulieri, ne contraheret, aliàs non impediebatur matrimonium per eam contrahendum, quia reſpondet hic Imol. quòd hoc fuit fauore matrimonij ne impediretur, prout multos etiam alios habet fauores, vt probatur in. c. fi. de re. iudi. in ſimi. Bal. verò in præ. l. j. C. de peri. & commo. rei. ven. videns iſtam diſſenſionem, pro concordia dixit, quòd aut venditor ſciuit litem motam ex relatione alicuius tertij, & tunc procedat prima opi. aut ex nunciatione emptoris, & tunc ſufficit ſimpliciter nunciatio lites motæ ita procedit tex. in. præ. l. ſi cum quæſtio. quam diſtinctionem ſequi videtur Alexan. in. d. l. non ſolum. §. morte, poſt Saly. in prædi. l. j. de periculo.

pericu.

pericu. & commo. rei vendi. licet idem Alexan. in additio. d. l. j. de pericu. & commo. rei ven. dixerat illam diſtinctionẽ iure non probari, & eodem modo domi. Fely eam impugnat in. d. c. cum. M. ferra. dicto. vj. folio. Sed modo bene aduertas, quia guſtando bene illã doctrinam Bald. cum illa diſt. eſt ipſa veritas, nec in ſubſtantia repugnat communi opinioni, de qua ſupra; intelligendo, quòd ille tertius, ex ſe ipſo feciſſet denunciationem dicendo ſibi, ꝙ lis erat mota contra eum, cui ipſe vendiderat domum, vel poſſeſſionem, quia ſi nomine emptoris feciſſet idem deberet dici vtroq; caſu; propter regulã qui per alium, de reg. iur. lib. vj. quando enim ipſe emptor facit denunciationem litis motę, vel alterius nomine tacite in iſta denunciatione videtur dixiſſe venias ſi vis ad me defendendum, ita declarat ipſemet Bal. iſtum caſum in pręalleg. l. j. de pericu. & commo. rei vendi. de quo vide, ibi, Alexan. in addi. & probat in ſimili in præalleg. l. denunciaſſe. de adul. & ibi, per
5 Bar. † quia denuncians mulieri ſe velle eam accuſare de adulterio, licet aliud non dicat ſatis videtur dixiſſe mulieri ne nubat, quia conſtat per denunciationem illam nihil aliud voluiſſe. ita, & eodem modo dicendum eſt in emptorem, & nunciantẽ per ſe, vel alium, quia conſtat, quòd non propter aliud denunciat, niſi vt veniat ad defendendum, & ſic concordat. d. l. ſi cũ quæſtio. C. de euict. cum iſto. c. & alijs iuribus in ſimili ſuperi allegatis, quaſi nõ differant iſtę leges niſi tanquam tacitũ & expreſſum. l. ſi cum quæſtio. loquitur de requiſitione tacita. c. verò, noſtrum. cum ſimil. de requiſitione expreſſa. ſcis enim de iure regulariter taciti, & expreſſi nullam eſſe differentiam. vt le. & not. in. l. cum quid. ſi cer. pé. ex quibus manifeſte concluditur primam opininionem verã eſſe, dum dixi ſcienti aliundè debeat denunciari per emptorem, vel alium eius nomine, qua denunciatione facta litis motę cõtra eum obligatus eſt venditor venire, licet aliud ſibi dictũ non fuiſſet; poſtquam ad nullum alium effectum nũciauit, niſi vt veniret ad eum defendendum; per quòd caſtigari poſſunt doc. volentes hic, & ſupra in primo not. quòd duo expreſſe in denunciatione deduci debeant, vt fuit hic Abba. & Are. in dicto. .§. actionum. & Fely. in. d. c. cum. M. Fer. vbi, propterea Bal. reprehendebat in ſua diſtinctione, & male vt vidiſti. & ſic intelligendo dictam. l. ſi cum quæſtio. vt proximè dixi nullo modo facit pro opinione glo. in. l.

in.l. emptor. de euictio. nec pro opinione Io. de Imo. hic poſtquam illa denuncia. emptoris continet in ſe illud ſecundum quòd veniat ad eum defendendum, quod ſecundum Saly. nõ habet ſimpliciter ſcientia venditoris, voco ſimplicem aliũdè habitam quàm ab ipſo emptore, per quod etiam cõſtat. quòd denuncia. non fit ſimpliciter. vt ſciat quia tũc procederet, quòd Dy. & alij dicunt per regulam, cum qui certus; ſed fit vt ſciat, & veniat ad defendendũ, quòd aliter ipſe venditor cum iſta qualitate non ſcit, niſi emptore per ſe, vel alium denunciante, quòd teneas perpetuo menti, quia ſingul. eſt pro intelligentia, & declaratione iſtius diſceptationis antiquæ, quandoq; propter iſta proximè dicta, & propter dictam. l. denunciaſſe. & ibi, notata, & in regu. eum qui. præalleg. vbi Dy. vocat formalem ſolennitatem. l. denunciaſſe. cogitaui, quòd denuncia. quæ fit venditori requireretur pro forma, item, propter not. in. l. j. ff. de libe. & poſthu. & per Bal. in. l. j. C. ne liceat tertio prouocare. quòd ſi verum fuiſſet cõſeruaretur illa glo. ſuperius reprehenſa. in. l. emptorem. in prin. ff. de actio. empt. arg. corũ quæ Ange. v. colũ. §. triplici. de actio. inſti. poſt docto. in. l. j. de libe. & poſthu. præalle. & Barto. in. l. libellorum. ff. de accu. & in. l. forma. ff. de cenſi. ſed iſtis non obſtantibus firmanda eſt contraria opinio per eſt quæ ſuperius dixi circam illam glo. in dicta. l. emptorem. per ea quæ Barto. in. l. hac qui. §. cum me abſente. ff. de rei vẽdi. vbi, poſt glo. firmat, quòd ſi emptor ſciat rem eſſe agentis poteſt cognoſcere bonam fidẽ, & illam reſtituere agenti abſq; ſentẽtia, grauat tamen ſe ipſum emptor, ſecundum Barto. ibi, onere probandi rem fuiſſe agẽtis. ita hic firmat penul. col. Imo. & And. iiij. immo fortius

6 dixit Imol. † quòd ſi venditor nullam cauſam rationabilem oſtendat contra ius illius cui facta fuit reſtitutio, quia tunc nõ videtur interfuiſſe ipſius venditoris denunciationem ſibi factam fuiſſe. ideò ſe excuſare nõ poſſet poſtquam apparet eum non habuiſſe aliquam defenſionem contra iura illius cui facta eſt reſtitutio; & ſic ſi excipit de denunciatione non facta poteſt replicari per emptorem, quòd ſua non intereat, ex quo ille cui facta eſt reſtitutio habebat ius, & venditor nullam cõtra eum habebat defenſionem. adducit in ſimili Imo. quòd dicitur de diſcuſſione prius habẽda in bonis debitoris, quàm cõtra fideiuſſorem agatur, quia ſi conſtat debitorem nõ eſſe ſoluendo

uendo, & fideiuſſor excipiat non eſſe diſcuſſa bona debitoris, replicabitur, quod ſua non intereſt, quia debitor non eſt ſoluendo, ita Ang.in.l.decem. ff. de verb. obli. iſtud dictum Imo, hic magnifacit. do. Alexan. in.l.non ſolum.§. morte. in penulti. colum. ff. de noui ope.nuncia, ideò menti teneas, quia eſt maxima limi. c. noſtri. & aliorum iurium ſimilium, quòd ſuaderi poteſt ſingulari ratione, quia quando alicui debet fieri intimatio, vt de iure ſuo doceat, ſi conſtat eum ius non habere, non curatur de intimatione, ſeu citatione. ita voluit Barto. communiter approbatus in. l. ij.§. quod ſi de frumentaria. ff. de adminiſtra. rerum ad ciui. pertinentium. de quo Abb. in. c. ad noſtram. il 3. de iureiurando. & in. c. cū olim, de re iudicata, quòd eſt ſingul. applicabile caſui noſtro, quia ſi hoc eſt in citatione iudiciali quam certum eſt de ſubſtantia iudicij eſſe vt not. in. c. j. de lib. obl. & .c. de cauſis, de offi. delega, eodem modo dicēdum eſt in propoſito noſtro, quando cōſtaret venditori nullum ius competere, ex quo ſi bene conſideras parum affert tali caſu, quod denuncia. de qua in iſto. c. ſit formalis. vel non poſtquam iſto caſu dato, quòd eſſet formalis conſtito, quòd ius ſibi non competeret, non eſſet curandum poſtquam intimatio fit ad ſolum effectum vt de iure ſuo doceat. arg. illius di cti ſing. Barto. de quo videtur tex.in.d.c. cum olim. & facit tex. in.c. venerabilem. de elec.

7 & bene eo.tit. vbi. † ſine citatione proceditur in facto notorio, in quo nulla poterat defenſio competere, ita Abb. in.d.c. cum olim. in. viij. col. & iſto modo intelligo quæ proximè dixi circa citationē iudicialem ne obſtent iura quę etiam in notorijs requirunt citationem, de quibus per Abba. in.d.c. cum olim. & per glo. in. d. c. ad noſtram. in vno tamen debito de prælleg. Ioan. de Imol. hic, dū onerat venditorem ad probandum de iure ſuo contra illū cui facta fuit reſtitutio cum nullibi hoc iure probetur, immò potius contrarium ſuadeat ratio, & præſumptio iſtius tex. & aliorū iurium propter negligentiam emptoris non denunciantis, quod in eum onus transferatur probandi de iure illius, cui facta fuit reſtitutio. arg. notatorum. in.c. vnico. vt eccleſi. benefi. & ideò teneo cum Bar. in. d.§. cū me abſente, quòd non denunciando, vel non expectando

8 † ſentētiam onꝰ probandi trāſferatur in ipſum emptorē de iure euincētis cōtra venditorem. Nec obſtat ſimile Imo. fideiuſſoris.

ſoris. de quo ſupra quia dico, quòd per illud ſimile non infer tur, quòd Imol. vult, quia non dicitur ibi, ꝙ fideiuſſor debeat probare debitorem in bonis habuiſſe, immo potius ad eũ exclu dendũ probatur debitore in bonis non habuiſſe. ita in propoſito dicere debemus, ſi in ſimili arguere volumus, quòd ipſe emptor probare debeat defectum iuris ipſius venditoris propter pręſumptionem quam habet contra ſe emptor propter denunciationem non factam, quę teneas menti ſi vis intelligere. Ex ſupra dictis habemus vnũ caſum in quo denun. nõ petitur de neceſſitate, quòd fiat venditori, videlicet quãdo conſtat, vel conſtare poteſt illũ nullum ius habuiſſe in re vendita. ita firmat do. Alexã. in. l. nõ ſolum. in. §. morte. præalleg. reprehendẽdo glo. illã. in. l. emptorem. ff. de act. emp. licet idẽ dubitauerit de eius veritate. pe. col. poſt medium in. l. ij. ff. ſolu. matri. eodẽ modo eã reprehendit Ange. de Are. in. §. actionũ. inſtit. de actio. in. xvj. col licet eam vt ſing. commendauerit in. §. ſi de emp. & vendi. quę in ſuperioribꝰ allegaui. Secundus caſus eſt in minore, & eccleſia qui re ipſa conſtituunt ſuos debitores in mora. l. in minorũ. C. in quibus cauſis in integ. reſtitu. nõ eſt nece. ita dicit Bal. in. d. l. j. C. de pericu. & commo. rei vendi. & Roma. in. d. l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nun. ſed do. And. non placet iſta inductio dictæ. l. in minorum, quia non loquitur in eccleſia ſed loquitur in minore, ideò ipſe allegat glo. not. in. §. item mixta. inſtit. de actio. ſecundum Bal. in. l. j. C. de ſacroſanct. eccle. quem vt ſing. commendauit Roma. ſingu. 118. reprehenſio And. fragilis eſt, quia conſtat eccleſiam iure minoris illæſam ſeruari. vulgato. c. j. de in integ. reſtitu. nec inductio glo. in. §. item mixta. concludit, vt inferius videbitis, quod forte ipſe Andr. ſentiens dicit, quòd iſtud non videtur bene dictum, quia iſte tex. ligat eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas, & requirit, quòd emptor denunciet; ergo includit eccleſiam. aliter non probat, ſed pro
9 † iſta ſua opi. bene facit quod Abbas hic dixit ſuo pe. no. dum dixit, quòd iura ciuilia loquentia de euictione ſeruantur in foro eccleſiaſtico, & infert Abb. ꝙ ſi eccleſia emerit, & nõ denunciauit, venditori non habebit regreſſum de euictione. ſed certe iſta illatio Abba. non trahitur neceſſario ex iſto not. quia poſſunt iura ciuilia ſeruari in foro eccleſiaſtico, & quòd eccleſia non ligetur, ſicut in foro ciuili non ligatur minor.

minor iſta denunciatione poſtquam reipſa conſtituit ſuum debitorem in mora. ergo idem in eccleſia quæ eodem iure fungitur: vt proximè dixi. & facit illa glo. in. d.§. item, mixta. ad quam nõ reſpondit ipſe Andr. Soleo in hoc dicere, quod illa glo. non eſt vera ſimpliciter ſed ſolum reſpectu relictorum in teſtamento. ita not. eam Bal. in.d.l.j.præalleg.de ſacroſanct. eccle. quaſi in illis relictis conſtitutis dicatur in mora debitor re ipſa ſine alia interpellatione, ſecus in alijs debitoribus. ita apte ſenſit Feli. in.c.licet. hely. de ſimo. in. iiij. col. & quod iſtud ſit verum, quòd regulariter eccleſia nõ conſtituat ſuum debitorẽ in mora ſine interpellatione,ſoleo probare per tex. in.c.potuit. de loca. vbi, propterea fuit debitor conſtitus in mora, quia dies interpellauit. ergo ſatis probat ille tex.per locum à ſpeciali. Item, adduco eo modo inducendo glo. in. c. cum homines. de deci. & in. c. j. in glo. ij. in fi. eo. tit. lib. vj. quam not. Abba. in. c. peruenit. circa fi. eo. tit. dum vult, quòd in dicimis ſoluendis ipſa eccleſia conſtituit debitorem ſuum re ipſa in mora. conſtat enim decimis multa alia priuilegia competetere. vt per Abb. in.c.tua nobis. eo. tit. Poſt, & contra glo. primam, ibi, tertio induco tex.in.c. breui. de iureiuran. vbi, in eccleſia loquendo ponderatur interpellatio etiam interpoſito iuramento de quo dicetur in ſequenti caſu, & per iſta videtur, quòd differant in iſto caſu eccleſia, & minor, licet regula minorum ſoleat illę ſa ſeruari præalleg.c. j. de in integ. reſti. quicquid dixerit do. Allexan.in. l. quòd te.in. iiij. col. ſi cer. peta. poſt Io. Imo. in. c. breui. de iureiuran. notando ſimpliciter illã glo.in. d.§. ex maleficijs.comprobando in hoc ſimilitudinẽ minorum, & eccleſiæ, quòd tenęas perpetuo menti.

10 † Quid autem, de fiſco an conſtituat ſuum debitorẽ in mora re ipſa ſine interpellatione. vide Alex. in.d.l.quòd te. in. iiij. col. qui idem firmat, quòd in minore, & in eccleſia proximè dixi. Ter

11 tiꝰ caſus eſt, in quo non † requiritur denunci. ſeu interpellatio, quando iuramentum interuenit. nam in virtute iuramenti diceretur eſſe in mora ſine interpellatione. ita eſt de mente Ioan. Andr. in. c. breui. de iureiuran. & ita ponderat Ioan. de Imo. in.d. l. quòd te. illud dictum tanquam valde notandum, quod tamen, ibi, non placet.do. Alexan. adducendo per locum à ſpeciali in contra. tex.in.c.licet. ſi de feu. contro. inter do. & agna. in vſi. feu.

iuncto.

iuncto.c.j. de fo. fide. vbi ſpecialiter in vaſallo eſt prouiſum quòd quando ſcit domino ſuo imminere magnum periculum niſi præſtet ſibi ſubſidium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur eſſe in mora, & non aliter. vt ibi. & not. in. c. j. in ver. requiſitus. de noua forma fide. quod ſuadetur ſecundum eundem Alexan. not. in.l. ij. .§.fin.pen. col. ff. ſolu. ma. quia iuramentum ſortitur naturam contractus, cui adijcitur, vulgata. l. fi. C. de non nu. pe. ſed natura emptioni & vẽditionis eſt iſta. igitur. etiã Do. Alexan. in præallega. l.j.C. de peri. & commo. rei vendi. Iaſ. vero in. d.l. quod te. in.9. col. aliter non reſoluendo rationes. do. Alexan. firmat aliam opin. Ioan. Andr. dicendo, quòd iſta ſit virtus iuramenti. licet in fi. ſe remittendo ad Bar. de quo .j. mentionem faciam, multum ſe reſtringat. Adduxerat, tamen ipſe Iaſ. aliquas rationes ad iſtã concluſionem probandam quas tu videas, inter quas vna magis placet, quia per eã videtur conuinci do. Alexan. ex ſuis met dictis, dicit Iaſ. quòd iuramẽtũ habet vim, & virtutẽ, quia per eum quis obligat ſe facturum, & curaturum. alle. tex. cum gl. fi. in. c. ex literis. de ſpon. &. c. ex reſcripto. de iureiu. & Bal. in .l.fi. de non num. pecun. ſed quãdo quis promittit ſe facturum, & curaturum non requiritur interpellatio, quia intelligitur quàmprimum poteſt, vt ſing. voluit Bal. in.c.j.in. §.ad hęc. in tit. hic finitur lex. in vſi. feu. quem ſequitur ſimpliciter Alexan. in.d.l. quòd te. immediate poſt illud, quod dixerat de iuramento. ſed poteſt ad hoc defendi. do. Alexa. quia iuramẽtum habet illam vim, quando interponitur ſup facto alteri⁹. ita procedit tex. cum glo. in.d. c. ex literis. ſed in facto proprio, quòd habeat illã vim, nego. ſed immo potius ad factum compellitur præciſè, vt dixi. s̃. iſtam rub. & probat tex. in.c.ad noſtram. el. j. ſupra de iureiur. vnde pro concluſione iſtius no. paſſus putarem dici poſſe, quòd obligatus iuramento ad aliquid faciendum inſtante neceſſitate ex parte eius cui iurauit, quam ſcit iurans obligatur facere ſine aliqua requiſitione. moueor. ar. illius .§. licet inducti per do. Alexan. quia eadem eſt omnino ratio; poſſumus enim arguere
12 † de caſu feudali ad aliũ caſum non feudalem non deciſum de iure communi, quando ius feudale fundatum eſt in ratione naturali, & iuſta, prout in caſu noſtro. ita firmat ſingu. Roma. conſi. 212. de quo meminit do. Iaſ. in.l.j. de iu. emphi. vj. fo. j. col. vbi in ſimili multa notanda dicit poſt Bar. in.l. ſi mihi. & titio. ff. de ver. ob. & Bal. in.

e.j. de inueſt. de reb. alie. fac. in vſi. feu. facit quod Ana. in. c.j.de vſu. vlti. fo. j. col. cum ergo eadem ratio ſit in iurante defendere emptorem in cauſa euictionis,ſicut in iurante auxilium præſtare domino ſuo.ergo inſtante neceſſitate eadem ratio ne qua conſtituitur vnus in mora, conſtituetur & alius, & iſtã credo fuiſſe intentionem. Ioã. And.Anto.& Imo.in.d.c.breui. de iureiur. facit quod Abba. in fi.c.fi.de feu. & per hoc tollitur iam quod primo induxit. do. Alexan. per locum à ſpeciali, quia per .s̃.dicta conſtat nõ eſſe ſpecialitatem,poſtquam non datur ratio diuerſitatis vnius caſus ad alium. nec ob. quod ſecundo dixit iuramentum intelligẽdum ſecundã naturã cõtractus, &c.quia dico, quòd eſt verum concurrente intentione iurantis,ita intelligitur tex. in.d.l.fi. de nõ nu. pec.ſecundum Io.de Imol. in.c.j. de iud. quem etiã allegaui.s̃. in in rub. ſed quando ineſt neceſſitas ex parte illius in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum,non concurrit intentio iurantis veriſimiliter cũ natura ipſius contractus, quia nõ eſt veriſimile, quòd iurabat defendere eum conſtitutum in neceſſitate, ſi interpellatus fuiſſet, & non aliàs,hoc dico. arg. illius.§.licet. ſecus eſſet, quando talis neceſſitas non inſtaret, quia tali caſu intelligo concluſionem. do. Alexan. quia non obligatur iurans venire niſi interpellatus. tene menti, quia iſta diſtinctio eſt melior, & rationabilior,quam diſtin.Bar.in l. cum qui. §. ſi iurauero. ff. de iureiur. ad quem in totum ſe retulit Iaſ. in. d. l. quod te. in.9. col. quia ſecundum Bar. & per conſequens Iaſ. quando eſſet iuramentum interpoſitum tempore contractus non conſtitueretur quis in mora, quia ſecundum eos incõueniens eſſet eodem tempore quem obligari, & in mora conſtitui, quia cum ſupportatione eorum dixerim intelligeretur in mora ratione iuramenti non tempore cõtractus, ſed quamprimum commode potuit,arg. vulgatæ glo. §. omnis. inſti. de verb. obli. quòd teneas menti. Quartus eſt caſus in quo non requiritur intimatio, quando emptor, & vẽditor in eodẽ iudi. eſſent ſimul conuenti ab eo, qui rem euincit, quia abſque alia denunciatione poterit emptor ſuperatus agere de euictione cõtra vẽditorem, vt eſt glo. reputata. ſing. in. l. ſi dictum. §. quæ incipit ſi p̃ſente.ff. de euictio. Quintus eſt caſus, quando venditor eſſet in mala fide, eo quòd habet inſtrumẽta per quæ emptor poteſt vincere, & ea non notificat emptori, quia ſine intimatione ageretur contra eum.arg. l. iulianus.§. idem iulianus. ff.

de act.

de act. empt. ita firmat Bal. in. l.j. ij. col. de peric. & commo. rei vendi. idem dicendum vbi ſcienter venditor rem alienam vendiderit. & iſto vltimo caſu ageret ratione doli.arg.l. ſeru*. quem.§. ſi ſciens. ff. de actio. emp. Sextus poſſet eſſe caſus generalis in quo nõ requireretur intimatio in omni caſu in quo q̃uis ſine interpellatione cõſtitueretur in mora,quos videas per ſcriben. in. d.l. quòd te. ſi cer. pe. & maximè applicabilis eſſet caſus ille,quando venditor dixiſſet emptori ſine aliqua interpellatione,quòd non vult eũ defendere in iudicio, quod intentatum eſt, vel intentabitur cõtra eum rę vendita. quia alia non facta nunciatione victus poterit agere de euictione, quia iſte caſus equipollet interpellationi,vt ꝓbatur in.c.j.§.ad hoc in. titu. hic finitur lex. vbi ille qui dixit ſe nolle ad cauſam venire, nõ eſt de neceſſitate poſtea citandus,vel requirendus.facit. c. eum qui. de do. & contu.lib. vj. & glo. in .l. tres denunciaciationes. C. quomo.& quando iudex. Alexan. in fi.iiij. col.in. d.l.quod te. Septim* caſus erit, quando venditor renunciaret iuri denunciandi, vt communiter in inſtrumentis fieri ſolet,in quibus venditor releuat emptorem ab iſto onere denunciandi tex. eſt. in. l. hęrennius.ff. de euic. Bal. & Saly. in. d.l. j. de peric. & commo. rei vendi. do. And. hic. iiij. col. adducens in ſimili glo.c.1. de offi. dele. per quē põt quis renũciare per pactum vt ſing. feratur ſententia in eum, iſto tamen caſu quo vẽditor renunciat huic iuri, ſi ipſe veniret ſponte ad cauſam,debet admitti ad inſtructionem pro ſuo intereſſe, Bal. in. d. l.j. de peri. & commo. rei. vẽdi. Octauus eſt caſus in quo ſine denunciatione agitur de euictione, quando per venditorem ſtetit quo minus ſibi denunciatio fieret eius culpa latitando, immò idem ſi ſine eius culpa, dumtamen fieri nõ potuit glo.eſt hic notanda. præ. & ſuper ea do. Car. ſi col. poſt. Ioã. Andr.hic. facit in. l.ſi ideò.§.præſenti. ff. de euic. & iſtis caſibus maxime vltimo ſecundum Ioan. Andr. ſeruabitur practica cle.cauſam. de elec. vel denunciatio fiet ad domũ, in qua cõſueuit habitare circa quæ aliqua ſuperius dixi dum de venditore abſente locutus fui.

13 ¶ † Vltimo Abb.no. regulam hic poſitam in textu cum tribus caſibus exceptis. regula eſt,quod vt emptor habeat regreſſum de euictione contra venditorem re euicta, quia tenebatur rem tradere cũ effectu. l.ex empto.ff. de act.emp.quod intellige etiam ſi iure ſpeciali fuerit euicta vt ſi benefici. reſtitutionis ĩ integ. vel alio quocunque iure ſpeciali tex. eſt no.

& ibi Bar. in prin. in.l. minor. 25. ann. ff. de euict. quod intellige, quòd aget de euictione quo ad ſimplum; ſtipulatio vero duplæ tali caſu nullo modo committitur, glo. eſt ſingu. in ver reſtitui. in eadem.l. minor. vbi Bar. etiam in prin. ꝙ bene no. propter.l. dudum. de contrahen. emp. & not. in. c. conſtitutus. de in integ. reſ. & propter dominorum hiſpanorũ vulgarem.l.quæ, vel tanto portanto nuncupatur; cum illa ſit via ſpecialis euincendi rem ab alio emptam, excipit tres caſus, & cuilibet eorum do. Abba. ad aptat rationem. Primi caſus ratio eſt, quia venditor poteſt melius rem venditam defendere cũ magis ſit certus, & inſtructus de iure ſuo. vnde præſumitur, quòd emptor perdiderit cauſam propter ignorãtiam iuris venditoris. nam emptor poteſt
14 vti iure † venditoris.l.emptor. C. de euic. Ratio ſecundi caſus eſt, quia data contumacia emptoris ſententia videtur data contra eum, non propter defectum iuris, ſed propter negligentiam ſuam, ideò imputari ſibi debet, & non venditori, tex. eſt in. l. & ideo.ff. de euic. quẽ glo. pe. hic alleg. ad cuius dicti corroborationẽ vide rogo quæ ſingulariter Fely. in. c. cũ bertoldus. de re iud. 10. & 11. col. Ratio tertij caſus eſt, quia iniuria facta emptori reputatur quidam caſus fortuitus qui nõ imputatur venditori, immo ſtatim poſt factam emptionem res vendita perijt emptori.l. neceſſario. ff. de peri. & commo. rei. ven. circa iſtum caſum cum diligentia eſt aduertendum, quia glo. in.l. ſi per imprudentiã.ff. de euic. intelligit hoc, quando emptor fuit cauſa iſtius iniuſtitiæ. aliàs poſſet agere de euictione. idem ibi, ſequitur Iac. de Are. glo. tamen in. l. exceptione. ff. de fideiuſ. & ibi Bar. & idem præalleg. l. ſi per imprudentiã. ff. de euict. & Imo. vj. col. concludunt communiter, quòd ſiue ſit culpa emptoris in ſententia lata per iniuriam iudicis, ſiue non, imputetur ſibi tanquam fuerit caſus fortuitus, non autem ipſi venditori, quod eſt contra glo. in præallg. l. ſi per imprudentiam. & ita firmat do. Abb. hic in præalleg. ſua. q. ſecus dicunt in ſententia lata contra fideiuſſorem pro iniuriam iudicis ſine culpa fideiuſſoris, quia imputaretur domino, & non fideiuſſori pro ratione principali dicunt, quia in cauſa euictionis res ꝑtinet principaliter ad emptorem. vt in.d. l. neceſſario. non immeritò ſi omne periculum ſibi emptori imputatur, ſed in alio caſu negocium pertinet principaliter ad dominum, & non ad fideiuſſorem, ideò iniuria illata ſine culpa eius non ſibi ſed domino imputatur

imputatur, quòd teneas menti, quia pulchrum. Addo nũc iſtis caſibus vnum alium ſimilem, quando ſuperatus eſſet emptor per compromiſſum, vel tranſactionem, aut alio ſimili modo, quia contra venditorem regreſſum de euictione non haberet, vt eſt caſus not. in.l.ſi dictum. ff. de euic. de quo per glo. primam hic. in fi. quod tamen intelligas, niſi fuerit in ipſum vẽditorem compromiſſum, quia tunc poſſet contra eum agi ſi ipſemet iudicauit contra emptorem, ita ſingu. dixit Spe. in tit. de arbi. in. §. poteſt. verſi. ſed pone. & Ange. in. d. l. ſi dictum. in. §. ſi compromiſſero. & Ro. ſing. ſuo. 467. Secundo intelligas iſtud de compromiſſo dixi niſi factum ex neceſſitate, vt puta propter ſtatutum, quod compellit cõſanguineos, vel affines ad compromittendum, quia tali caſu nõ procedit diſpoſitio. d. l. ſi dictum. in. §. ſi compromiſſero. ita dixit hic ſing. do. Car. fi. col. & ita refert ſe conſuluiſſe & eum ſequitur hic Io. de Imo. in. iiij. col. arg. notatorum. in. c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. vj. & iſto caſu venditor citari debet, quando electio ſit arbitrorum, quia ſua intereſt. ita Bal. in. l. j. de per &. cõm. rei vẽ. & Ange. hic. Item, & lim. iij. no. in. d. §. ſi compromiſſero. ſi fuerit per vẽditorem dictum, quod vult teneri ad defenſam quomodocunq;, & qualitercunq; res euincatur, quia tunc etiam ſi per arbitros fuerit ſententiatũ, tenetur venditor de euictione, glo. eſt ſing. in: l. cum pęna. ff. de arbi. & ibi do. Flo. quem Ange. de Are. notat in. §. fi. inſtitu. de emptio. & vendi. in. 6. col. quod no. pro declaratione, & limitatione ſequentiũ caſuũ. Addo & ſecundo loco vnũ alium caſum ſimilem tribus. c. noſtri. quando emptor detulit iuramentum euincẽti, quia poterit agere de euictione contra venditorem. ita dicit Bal. ſing. in. l. manifeſti. ff. de iureiuran. quod magni facit Crema. vij.

15 fo. ij. col. ſuis ſing. ¶ † Addas tertium caſum ſimilẽ in eo qui prorogauit iuriſdictionem non ſui iudicis, quia ſi ibi ſuperatus fuerit non aget de euictione cõtra venditorem. ita dixit glo. ſing. in. d. §. ſi compromiſſero. quam exclamant Ro. ſing. 13. facit quod hic dicit Anto. de But. pro extenſione notatorum in. d. §. ſi compromiſſero. quòd compromittens in arbitrum vt de iure cognoſcat tantũ ſuperatus ibidem non ageret de euict. quod eſt notandum, vt dixi pro extenſione illius. §. quid autẽ. ſi de facto extra iudicium emptor rem perderet, quia compelleretur ab eadem. An haberet regreſſum contra venditorẽ præſuppoſito, quòd venditor dixiſſet, quòd volebat teneri quo-

modocunq;, & qualitercunque res euinceretur dicas, quòd nõ, etiam ſi diceret, quòd ſe obligabat ad eum defendendum de iure, & facto, quia illud de facto, debet intelligi, quando lis de facto moueretur, non autem intelligetur de violentia extra iudiciali, quia illa non venit ſecundum naturam contractus. per tex. in.l.fin. C. de euic. & quod ibi not. & per Bart. in. l. ſtipulatio. iſta. de verb. obl. ita voluit ſing. Ioan. de Imo. hic.9.col. quid autemècontra, quando venditor dicit in inſtrumento, quòd nullo modo vult teneri de euictione, an ſit aliquod remedium emptori ſi res fuerit euicta legitimè. dic quod tenetur ſaltem ad reſtitutionem pretij recepti. tex. eſt not. in.l. emptorem.§. pe.ff.de act. emp. not. Ang. in. §. in actionum. 16.col. inſti. de actio. in. §.fi. præalleg. de emptio. & ven. ꝙ declarat ſing. in præalleg. §. actionum. hoc eſſe verum quãdo in genere eſt factum pactũ, videlicet, à quocunq; euinceretur, quòd non vult teneri. ſecus ſi ſpecificaretur certa perſona, puta ſi euincatur à Sempronio, vel Gaio nolo teneri, quia tunc ſi ab illo euinceretur, nec pretium obligaretur venditor reſtituere. iſte eſt tex. cum ſua glo. ſing. in.l.qui.libertatis.in prin.ff.de euict. ita Bal. & Saly. in præalleg.l.j. C. de pericu. & commo.rei ven. exclamat vt ꝑ ſing. Lud. Ro. ſing. ſuo. 383. Quid autem, quando dicit ipſe venditor in inſtrumento venditionis ſolum ſe velle teneri de euictione ex ſuo facto, & dato tantum, quòd poſtea euincitur ex facto ſui actoris vide an teneatur ipſe venditor de euictione, videtur dicendum, quòd nõ propter dictionem taxatiuã; dico contrarium, quia tenebitur ex facto ſui authoris, quia per illam dictionem taxatiuam nõ videtur excludi factũ ſui authoris. ita ſing. dicit Barto.in.l. ſi ſeruus. ij. ff. de condi. fur. refert, & ſequitur Roma. in.l.ſtipulatio iſta. in prin.ff. de verb. obli. & licet Bal. videatur vacillando inclinare in partem contrariam in.c.j.in tit. qui ſucce. teneantur.in vſi.feu. tamen dictum Barto. eſt commune vt Moderniores volunt in.d.l. ſtipulatio. intelligas tamen ſing. iſtam doctrinam Bart. verã eſſe in authore vniuerſali, ſecus ſi fuiſſet author me' particularis, vt quia ipſe mihi vendidiſſet, & poſtea ego tibi vendidi, & dixi me velle teneri ex meo dato, & facto tantum, quia tunc non ero obligatus ſi euincatur ex facto mei authoris, puta, quia ipſe fuiſſet qui alienaſſet, vel ſeruitutem impoſuiſſet. iſta eſt glo. ſing. relata ad tex. in. l. ſi cum fundum. ff. de verb. oblig. ſecundum Franc. de Crema. fuit

ſing.

ſing. pe. ſo. ad ſi. quod teneas perpetuo menti, quia iſto modo poſſet reduci ad concordiam doctrina Bart. ſuperius relata. ¶ Quid autem, quando mouetur quæſtio emptori poſt rem ſibi traditam ante pretium tamẽ ſolutum, an, vel quomodo compellatur pretium ſoluere. dic, ꝙ niſi ſibi ſatiſdetur de euictione non compellitur pretium ſoluere. vt eſt tex. in.l. ſi poſt perfectam. C.de euict. nec ſufficeret ſatiſdare pro illa lite quæ mota eſt tantum, ſed pro quacunque euictione in futurum habenda tex. eſt not. in.l.fi. ff. de reſcin. ven. & ita tenet ibi Bar. & Ioã. de Imo. hic in.iiij.col. licet gl. dubitauerit.in.l.pe.§.j. de peri. & commo. rei. vendi. ¶ † Superest dubium nota. ſecundum Abb. hic nunquid venditor clericus teneatur defendere rẽ venditam laico in foro ſeculari, & ſecundum eum glo. in. c.clericũ nullus.11. q.j. bene intellecta, tenet quòd ſic, quòd probat ratione, iudicium eſt inſtitutũ contra emptorem tanquã poſſeſſorem, venditor venit ſolum ad aſſiſtendum emptori, & eũ defendendo. vt in.l.j.C.vbi in rem actio. vnde iudicium inſtitutum contra emptorem non transfertur in venditorem. vt in.l.vẽditor.ff.de iudi. nõ ergo dicitur hoc caſu cleric' conueniri coram ſeculari, quia ſolum præſtat authoritatem, & defenſionem ipſi emptori, & hoc voluit glo. in.d.c.clericum. ſecus dicit vbi laicus poſſeſſor nomine clerici clericũ nominaret in iudicium, quia tunc clericus declinat iudicium ſeculare, & aduocat eum ad forũ ſuum, quia hoc caſu verus eſt reus domin', & iudicium eſt inſtituendum contra eum. alleg. quæ leguntur & notantur.in.c. quoniam. in.§. quòd ſi ſuper. vt lit. non conteſt. vlti. ſe remittendo ad Specu. in tit. de ſecundo decreto in. §. reſtat. ver. quid ſi dominus eſt clericus. Iſtam concluſionem Abba. hic firmauerant antea Saly.& Bal. in.d.l.j. C. vbi in rem act. & Ang. in.l. non ſolum.§.quòd vulgo.ff.de vſucap. qui dicebat huic opinioni non obſtare.c. ſi diligẽti. de fo. compe. quia dicit, quòd ibi loquitur tex. quando cleric' conuenitur ad ſui vtilitatem, vel damnum principaliter actione perſonali, vel reali, quando ipſe poſſidet per ſe, vel per aliũ, ſecus eſt quando, nec poſſidet per ſe, nec per alium vt in caſu noſtro, quia iudicium eſt fundatum ſuper poſſeſſione emptoris poſſidentis ſuo nomine ad ſui vtilitatem, merito non debet dictum iudicium iam inceptum mutari ex perſona defenſoris etiam neceſſarij. arg.l.vbi cęptum. ff. de iudi. & pro iſta parte in ſimili adduci poteſt, ꝙ dicit glo. in .l. nullum. C. de teſti

17 teſti. quæ vult † quòd clericus adductus teſtis coram iudice ſeculari in aliqua cauſa poſsit puniri incidenter per ipſum iudicem ſecularem ſi vacillat, vel falſum teſtimoniū dicat. Spec. tamen in tit. de primo, & ſecundo decreto. ad quem ſe retulit Abba. in fi. iſtius quæſtionis firmare videtur contrarium ei⁹ quod Abb. concluſit, quia tenet quòd clericus, vel eccleſia venditrix non poſsit comparere coram iudice ſeculari etiam volēs. per. c. ſi diligenti. de fo. compe. & in hoc videtur inclinare Ioā. de Imo. in. d. §. quòd vulgo. l. non ſolum. ff. de vſuca. dum dicit, quòd. l. venditor. ff. de iud. loquitur in eo qui poterat ſuo præiudicio renunciare, & iſtud dixit Ang. de Are. quòd obſeruatur, in. §. actionum. inſti. de actio. in. 14. colum. in prin. pro quo dicit, quòd facit quod notant doc. in. d. l. nullū. de teſt. dum reprehendunt glo. ibi ſuperius alleg. licet pro alia parte dicant, quòd multum facit argumentatio Ang. de qua ſupra. Idem tamen. Ange. de Are. inſti. de excep. ſuper rub. longe melius reaſſumpſit iſtā. q. 14. & 15. col. vbi refert Fulg. in. d. l. venditor. ff. de iudi. firmantē, quòd clericus non poteſt iſto caſu vti declaratoria per eandem. l. venditor. nec obſtat glo. in. c. clericum nullus. quā ſecundum eum aliqui in cōtrarium adducunt, quia ipſe dicit, quòd glo. non dicit cōtrarium, ſed potius opponendo de. d. l. venditor. reſpondet, non ꝓpter hoc clericus efficiatur de foro emptoris licet defendat, & ita intellixit hic Abba. dum dixit bene intellecta glo. & etiam dicit, quòd Spe. in. d. ver. quid. ſi

18 dominus. voluit quòd † eccleſia, ſiue clericus non admittantur in foro ſeculari vt neceſſarij defenſores, per. l. placet. C. de epi. & cle. ſed dicit quòd per hoc non dicit, quòd poſſet reuocare iudicium, quia eſſet iniurioſum petitori. vnde concludit Fulgo. quòd licet vt principalis coram laico clericus conueniri non poſſit etiam volens, tamen vt defenſor neceſſarius in iudicio ſtare poterit. allegat. l. filusfa. §. veterani. ff. de ꝓcu. quod vltimum videtur contra illud quod Spec. relatus per eū proximè dixerat ideò forte propter hoc Ange. de Are. vbi proximè allegaui dicit attentamen te Ange. in. d. §. vulgo. in. d. l. venditor. ſic diſtingui poſſe ꝓ concordia, quia aut iudicium nondum erat inchoatū, & fundatum contra emptorem, quia quàm primum emptor fuit citatus, & ei datus libell⁹, iux. auth. offerat. de lit. cō teſtatio. & per cōſequēs antequā dicatur, vel dic poſſit iudiciū iux. l. Iudiciū ſoluitur. cum glo. de iudi. & . l. properandū. eo. tit. C. in prin.

ſtatim

ſtatim ipſe emptor denunciauit clerico venditori, vel clericus ſciens emptorem ſuum eſſe citatum, & libellum contra eum porrectum ſine alia notificatione facta per emptorem cōparuit iuxta. l. parentes. & .l. emptor. C. de euict. & opponit declinatoriam à tali caſu, credit Ang. de Are. quòd poſſit cum ſimus ante inchoatum iudiciū in perſonā ipſius emptoris. ergo non poteſt dici clericum tranſmutaſſe iudicium de laico in clericum, cum coram laico iudiciū non eſſet cæptum, aut poſt iudicium incæptum clericus comparuit per ſe, vel per denunciationem emptoris, & tunc nullo modo poterit iudicium iam incæptum coram iudice laico reducere ad iudicium eccleſiaſticum. arg. d.l.fi. C. vbi in rem act. vbi venditor erat alterius prouinciæ. nec etiam poterit coram iudice laico in dicto iudicio iam cæpto, vt defenſor neceſſarium ſuſcipere in ſe iudiciū, quia aliquo modo coram laico, vt inſtantia dicatur ſua, conueniri non poteſt etiam volens. d.c. ſi diligenti. nec obſt. ſecundum eum, quod dixit Bald. & Ful. in. d.l. venditor. per dictū. §. veterani. quia ibi miles in totum non erat prohibitus cōparere vt procurator, quia patiente aduerſario poteſt, vt ibi. & etiam quando agit cauſam propriam vt procurator in rem ſuam, vt ibi no. & in.l. ſtipendia. C. de procur. ſed clericus, nec per ſe, nec pro alio defenſorio nomine neceſſario & ſicut procurator in rem ſuam coram laico conueniri poteſt. vt. d. c. ſi diligenti, poterit tamen dict⁹ cleric⁹ adeſſe dicto iudicio, cauſam ſolicitare, & proſpicere, ne emptor aliquam defenſionē ammittat, & teſtes inducere, & alia facere dummodo inſtantia nec nouet, nec alio modo iudicium in eo fundetur, iuxta .l. ſi ſuſcepta. in. §. j. & ibi Ange. de inoffi. te. ff. & .l. ſi perluſorio. in. §. j. & quod ibi Bar. ff. de ap. poſt ea tamen idem Ange. alleg. Ancha. in regu. ea quæ. de regu. iur. libr. vj. vij. car. vij. fo. verſi. vij. quæro, quia licet tenuerit per. d.l. venditor, quòd clericus non habet facultatem reuocandi forum, quia licet ad eum ſpectet incommodum reſpectu effectus, non tamen reſpectu rei principalis in iudiciū deductæ, tamen primo ipſe in contrarium allegauerat tex. no. in.l. iij. & quòd ibi glo. magna. in ver. ſi autem contra emptorem. C. de iure fiſ. lib. 10. vbi fiſcus venditor reuocat cauſam ad forum ſuum. ergo, & eccleſia, poſtquam æquiparatur fiſcus & eccleſia. l. ſi procurator. cum glo. de iure fiſci. & per conſequens clericus, & hoc ibi videtur ſentire Barto. & huic motiuo Pe. de Ancha. nō reſpōdet

licet

licet alijs ibi per eum factis reſponderit tenendo, quod dixi. Ange. tamen ver. ſupra, reſpondit huic ſpecialitati dando aliquos intellectus ad dictam. l. iij. pro conſeruatione ſuæ opinionis de qua dixi, & multum laborat. & iudicio meo in vanũ laborat, quantum ad clericum venditorem, de quo nos loquimur, quia. d. l. iij. de iure fiſ. nullo modo clerico opitulatur dato, ꝙ de fiſco aperte loqueretur, quia licet fiſcus, & eccleſia æquiparentur. vt not. in. d. l. ſi procurator. & dixi melius quã alibi fuerit dictum in. c. ij. de preca. poſt Abb. ibi, tamen nullibi de clerico cautum reperitur
19 quòd † gaudeat priuilegijs fiſci ſeu eccleſiæ niſi in caſibus in iure expreſſis. vt legitur, & not. in. c. fin. de vita & hone. cleri. & in. c. ex literis. de pigno. & in. c. quanquam. de cenſi. lib. vj. poſt glo. per Anto. & alios in. c. ſi diligenti. de præſcrip. vnde quãtum ad eccleſiam cõcludamus ſi eſt aliqua ſpecialitas in fiſco propter dictam. l. iij. idem omnino dicendum in eccleſia, per glo. in. d. l. ſi procurator. & per ea quæ dixi in. d. c. ij. de preca. dixi ſi eſt aliqua ſpecialitas, quia Bal. in eadem. l. iij. dicit nullam eſſe ſpecialitatem, quem refert, & ſequitur Are. in. d. tit. de excep. 17. col.
20 † Veniamus igitur ad clericum in quo fundatur quæſtio noſtra & in eo dico, quòd mihi aliquo pacto nõ placet diſtinctio Ang. de qua. ſ. dum diſtinguit fuerit inchoatum iudicium, vel non quia quando ipſe fatetur citationem præceſſiſſe quantum ad præueniendam, vel perpetuandam iuriſdictionẽ iudicis à quo emanauit tantum valet ſicut ſi litis cõteſtatio emanaſſet, iuxta glo. in cle. j. de iudi. in ver. citationis. & not. in. c. fi. de offi. deleg. & in. c. propoſuiſti. de fo. compe. per iura; falſum dixit prælleg. Ange. dicendo quantum ad hoc per citationẽ non dicatur inchoatum coram iudice laico, quia immo eſt ꝑpetuatũ per. ſ. dicta, & per glo. in cle. j. vt lite pen. facit tex. in. §. fi. inſti. de pęna teme. liti & ſic per conſequens dixit contra. l. ſi venditor. ff. de iudi. quæ vult, quòd venditor emptoris iudicem ſequi debet, poſtquam per citationem conſtat iudicem fuiſſe, nec in hoc credat aliquis diuerſitatem aliquã inter ius canonicum, & ciuile in terminis in quibus. do. Ange. de Are. loquitur, videlicet, quando citatio emanauit à iudice, & peruenit ad partem vt legitur, & no. in. l. & quia. ff. de iuriſ. om. iud. licet antequam citatio ad partẽ perueniat per aliquos notetur differentia inter ius canonicum & ciuile, quia licet de iure canonico dicatur perpetuata ex eo ſolo, quòd emanauit citatio.

tatio. de iure tamen ciuili ſecus, quia eſſet opus ad partem citatam peruenire, vt voluerunt alij qui in. d. l. & quia poſt Io. An. in. c. fi. de offi. lega. Abb. tamen ibi tenet idem eſſe vtroq; iure quantum ad perpetuandã iuriſdictionẽ ſufficere emanaſſe citationem, & bene probat. vide per te in reg. cum quid. ergo dicendum in. q. noſtra; præſuppoſita diſtinctione Ange. fruſtatoria dubium facit contra Abbatem. & alios quia iſta ſententia iudicis ſecularis effectualiter condemnat ipſum clericũ; igitur videtur quòd eum declinare poſſit, & debeat cum omnino prohibeatur à iure id facere. c. qualiter. de iudi. cum vulg. & quòd effectualiter eum condemnet, conſtat poſtquam ſtatim tenetur de euictione, & ita firmat Ancha. in. d. regu. ea quę. de reg. iur. & ſenſit Ange. in. d. l. non ſolum. in. §. quod vulgo. dum dixit, quòd incidenter clericus hoc caſu iudicatur per laicum. quod minimè videtur poſſe fieri, vulgata regula cum quid. de reg. iur. lib. vj. maximè ſi cõſideremus cauſam clerici ſpiritualem propter perſonam clerici, vt voluit Anto. quem ibi refert Abb. viij. colũ. in. c. at ſi clerici. de iudi. quo caſu conſtat, nec principaliter, nec incidenter poſſe iudicem ſecularem cognoſcere, tex. cum ſua glo. in. c. tuam. de ordi. cogni. nihilominus adhereo opinioni Abba. his non obſtantibus videlicet, quòd ipſe clericus declinare non poſſet illud iudicium ſeculare, vt optimè ipſe Abba. melius quàm hic. 12. col. in. c. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite nõ conteſtata. poſtquam ipſe non eſt reus principalis, cum iudicium nõ contra eum, ſed contra poſſidentem nomine proprio dirigatur, licet clericus ibi veniat vt aſſiſtat, & cauſa bene tractetur contra eũ, tamen nihil agitur. merito ſi iura loquentia de laicis cognoſcentibus de cauſis clericorum non poſſunt in hoc applicari, quia nullo modo hoc caſu cauſam clerici, ſed laici cognoſcit. nec obſtat, quòd indirecte per quandam conſequentiã condemnat ipſum clericum, quia dico, quòd hoc non debet eſſe in cõſideratione, vt videmus multoties in alijs partib⁹ iuris, quia licet per conſequentiam, quòd non licet principaliter. l. j. ff. de auto. tuto. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. iuncta. l. ſolemnius. ff. de iudi. quod manifeſte demonſtratur in. c. cum ſit generale. & ibi not. de foro compe. quia abſoluto reo laico conuento per clericum coram iudice ſeculari, ſatis conſtat clericum actorem effectualiter cõdemnatum, & nemo dubitat talem effectualem condemnationem valere. nec ob. illa regula

gula cum quid.de reg.iur.quia debet intelligi inſpecto fine, ſecus autē ſi inſpiciatur modus, quia quod vna via prohibetur alia permittitur.ita ibi Domi.& Abb. in.c.tuę.de ꝓcu.ad ꝓpoſitū iura prohibent laicum iudicem clericum condemnare quando traheretur vel vocaretur tanquam reus ad iudicium. ſecus quando ipſe non vocatur principaliter, ſed alius cuius ratione clericus ſperare poſſet cōmodum, vel incommodum per conſequentiam, vel acceſſoriū, quia tunc licet effectualiter condemnetur clericus, non eſt curādum, poſtquam in conſequentiam, ſeu acceſſorie venit per.˙s; dicta. nec eſt verum ꝙ † cauſa clerici propter clericum dicatur ſpiritualis, quia ſequeretur ſi eſſet ſpiritualis ꝙ ſeculari nullo modo concederetur cognitio.c. tuam.de ordi.cog.c. inquiſitionis;§.prohibemus.de hęret.lib. 6.conſequens eſt falſum.c.cum ſit generale. de foro compe.ergo & antecedens. vel ſecūdo dicam vt in ſimili dixi. in.c. literis;de iurepa;ꝙ iſta condemnatio ſecularis iudicis per conſequentiam, vel acceſſoriē eſt naturalis,& non accidentalis, quo caſu etiam res ſpiritualis accedit rei temporali, vt voluit in ſimili Bal.multum ſing.in. c.diſpendia.de reſcrip.lib. 6. quod dictum reaſſumpſi in materia reconuentionis in.c.atſi clerici. de iud.de quo Abb. 7;&.8. col. ſecus ſi fuiſſet acceſſio accidentalis, quia tunc eſſet admittenda coram iudice ſeculari, & propterea reconuentio,quę eſt quędam acceſſio vt dixit gloſ.2.in. c.1;de reſcrip.lib.6. non poſſet fieri coram iudice ſeculari quādo eſſet vt dixi acceſſio, accidentalis,ſecus ſi eēt naturalis, vt puta ſi ſuper eadem re,qualis videtur eſſe in caſu noſtro, quia ex eodem facto oritur,accidentalis ex diuerſis factis oritur vt latius dixi in dicto.c.ex literis. quæ teneas menti, quia melius quam alibi iudicio meo diſcuſſa eſt iſta.q.Pro complemento eiuſdē dico vnum verbum ſing. per ſcribentes non tactum in locis communibus, quòd licet venditor veniens ad defenſam emptoris non poſſit mutare forum ipſius emptoris conuenti per tertium, tamen ſi tertius eſt conſanguineus,vel affinis venditoris compelleretur in eodem iudicio compromittere de dicta cauſa, ſi ſecundum formam ſtatutorum cauſæ affinium vel cōſanguineorum compromittendæ eſſent,quia per tale compromiſſum non dicitur fieri mutatio fori,nec iudicis. Scitis enim ꝙ ſententia arbitratoria dicitur tranſactio magis quam ſententia. vt in aut;de diffe. iudi.§. ſi vero.col. 10 ſed ſi ego implorarem a iudice ꝙ cogitarem aliquem mecum tranſigere, vel

paciſci

paciſci nõ eſt dubiũ ꝙ nõ eſſet declinare iudicẽ, immo tũc proprie ipſe cognoſceret, vt. ff. de vſufruc. l. æquiſſimum, vbi etiã glo. Præterea ille qui de iudice compromittit in arbitros, non dicetur iudicem declinare, vt eſt tex. cum glo. in aut. ſi vero. C. de iudi. ergo nec iſte venditor compromiſſum petẽdo per hoc videretur declinare iuriſdictionem iudicis, ita ſolemniter dixit Bar. in ſua diſputatione incip. piſane ciuitatis conſilium, in. 8. col ſuccinctè firmauit, in. l. ſi procurator. in. 1. colũ. ff. rẽ ra. ha. quod eſt pulchrum, ideo
22 bene no. † Subſequenter querit Abb. an donator teneatur de euictione ſi res fuerit euicta ab ipſo, donatario de quo remittit ad no. in l. 2. C. de euic. & in. l. ariſto. ff. de dona. vbi eſt concluſio Cy. & aliorum ꝙ quãdo donator ſolenni ſtipulatione promiſit de euictione, tunc clarum eſt ꝙ tenetur, tex. in. d. l. 2. aut non promiſit, & tunc quando donatio incepit à promiſſione, vt quia primo promiſit, poſtea donauit, & hodie tenetur per ſi quis argumentum. C. de dona. licet olim non teneretur niſi promiſſio fuiſſet ſolemnis, puta ſtipulatione interueniente ſi autem incipit a traditione, quia ſimul donauit & promiſit, & tunc ſi vult agere ad particulare intereſſe, puta ad ſumptus factos occaſione donationis, & tunc poteſt, & donator teneretur, duntamen fuerit in dolo donando, aliàs nõ teneretur, vt in d. l. Ariſto. Ad totale vero intereſſe nullo modo teneretur; vt in d. l. 2. & facit. l. ad res. ff. de adil. edic. & per hæc vides an & quando habeat locum euictio in contractu lucratiuo donatio
23 nis. † Quid autem de contractu dotis ſi res data in dotem euincatur, recurre ad. l. 1. C. de iure do. cum ibi not. quia debetur euictio ſicut in donatione ſi quis ſtipulatus eſt de euictione vel ſi dos incepit a conuentione vel promiſſione, aut pollicatione, ſecus ſi a traditione, niſi dolus interueniſſet, ita hic Inno.
24 in 10. col. † Quid autem in legato ſi fuerit euictum; die concludendo ꝙ ſi legatur res in genere debetur euictio, vt habetur in. l. qui concubina. §. ſi hares. de leg. 3. ſecus ſi legatur res in ſpecie, quia regulariter euictio non debetur, immo tunc ſufficit tradere rem, qualis eſt. l. ſi ex ſubſtituto. §. 1. de leg. 1. ꝙ limita quando teſtator ſcienter legat rem alienam & ſi ignorãter coniunctæ perſonæ legaſſet cui veriſimiliter legaſſet ſi emiſſet rem alienam. C. de leg. vbi de materia. l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. ita hic notabiliter do. Ioan. de Imo. in. 10. colum. quę in donatione eodem modo concludit. vt ſupra dixi poſt Abb.
25 † Quid autem in contractibus

onerosis

onerofis alijs q̃ emptionis, & venditionis vt in contractu per mutationis, actionis inſolutum & ſimilibus dic cũ Ancha. hic. & Io. de Imo. 10. col. ꝙ in eis debetur euictio ſicut in contractu emptionis & venditionis. l. ſi pretium. C. de euic. l. 1. ff. de rerum permu. l. liberã. C. de ſen; vbi voluit Bar. ꝙ in omni caſu in quo quis tenetur de euictione, debet fieri denunciatio actori ſicut in contractu venditionis p. d. l. libera. quod eſt notãdũ & hic applicabilis eſt. l. illa ſtatuliberi. ff. de ſtatuli. de qua fecimentionẽ. ſ. c. cum cauſam. pro extenſione eiuſdem. c. poſt Abb. penul. col. de quo etiam dixi circa fi. iſtius Rubri. ꝙ appellatione emptionis & venditionis comprehenditur omnis contractus per quem dominiũ trãſfertur ꝙ non pro comprobatione eorum quæ in iſta quæſtione firmauit Ancha. & Ioan. de

26 Imo. † Quid autem in contractu tranſactionis an in eo debeatur euictio, remittunt Ancha. & Imo. ad nota; in. l. ſi pro fundo. C. de tranſac. vbi concluditur ꝙ pro re quæ dimittitur ex cauſa tranſactionis non debetur euictio, ſecus in illa quæ traditur tranſactionis nomine.

¶ † Vltimo ſupra ſupradictã euictionẽ, not. ꝙ regulariter non põt agi cõtra venditorem niſi ſecuta euictione. l. qui rem. C. de euic. & l. euicta. ff. eo. Fallit in aliquibus caſibus notatis in glo. in d. l. qui rem, quos hic refert Io. Imol. antepe. col. Primus eſt ſi ita conuentum eſt ꝙ mota lite etiam ante euictionẽ ſecutã poſſit agi. l. ſiue in libertate. C. de euictio. Secundus eſt quando quis ſcienter vendidit rem alienam ignoranti, vt eſt tex. valde no. in. l. ſeruus. §. fi. ff. de actio. emp. ibi tamen non dicitur ꝙ agitur de euictione, ſed ꝙ agi poteſt ad intereſſe quanti intererat emptori rem alienam non fuiſſe ſibi venditam. Tertius caſus eſt cum glo. illa quando emineret euictio in limine contractus, hoc eſt quando ante pretium ſolutum mouetur quæſtio. l. ſi poſt perfectam. C. de euic. ſed certe vt Imo. hic dicit ibi dum agitur de euictione, ſed dicitur ꝙ non tenetur emptor ſoluere pretium niſi detur ſibi fideiuſſor per euictione de quo ſuperius dixi firmando non ſolum debere dare fideiuſſorem pro illa lite quæ mota eſt ſed pro quacunque futura, per tex. & Bar. in. l. fi. ff. de reſciu. vẽd. & ex iſta declaratione iſtius caſus dicere ſoleo ꝙ venditor non compelletur dare emptori fideiuſſorem de euic. per denegationem ſolutionis pretij ſi inter eos non fuit conuentum in contractu poſtquam per. d. l. ſi poſt perfectam, compellitur dare fideiuſſorem. eo quia mota eſt ſibi. q. ſup re empta. Qua

tus caſus eſt, quando venditur res alteri obligata ẽptore ignorãte. l. ex prędijs. C. de euic. qui caſus laborat eodẽ morbo quo præcedentes, quia ibi non dicitur euictio, ſed vt ipſa res liberetur ab obligatione, vt ibidem
28 patet. ¶.† Item no. & tene mentı ꝙ ſi aliquis malo animo mouet mihi quæſtionem in re quã volebam vendere, propter quod emptor ceſſauit ab emptione, ꝙ agere poſſum contra enm impedientẽ ad intereſſe, tex; eſt ſing. in. l. rem quãdam. ff. de dolo. Per quæ ſit expedita iſta ſolemnis decretalis cum gloſſis ſuis quæ ſatis in ſuperioribus expeditæ fuerunt, licet non ſecundum meum ordinem conſuetum. Et hoc quia ſcripſi in iſta vltima decretali non ın conflictu lectionum, ſed potius iam factis vacationibus.

F I N I S.

Regiſtrum.

** A B C D E F G H I K L M N.

Omnes Quaterniores.

ANT 1318994

9172

A 10.

XXI
B 14

Digitized by